

**Tractat⁹ uenerabilis Inceptoris
Guilhelmi octa^a de sacramento al
taris**



Tabula titulorum et

capitulum tractatus de corpore xpi venerabilis Ockam.

Utrum punctus sit res absoluta distincta realiter a quantitate. questio. i.

Utrum linea et superficies realiter distinguantur inter se et a corpore. q. ii.

Utrum corpus quod est quantitas sit res absoluta distincta realiter a substantia. q. iii.

Quod corpus xpi sub speciebus panis vere continetur. capitulum. i.

Quod corpus xpi realiter continetur sub specie panis. c. ii.

Quod substantia panis convertitur in corpus xpi. iii.

Quod substantia panis convertitur in corpus xpi non in diuinitate nec in animam nec in sanguinem nec in aliquod accidens substantie. iiiij.

Quod substantia panis non remanet post consecrationem. v.

Quod corpus xpi non circumscribitur loco in sacramento altaris. vi.

Quod corpus xpi non videtur a nobis in sacramento altaris oculo corporali. viij.

Quod accidentia remanentia post consecrationem non sunt subiectiue in corpore xpi. viij.

Quantitas que presuit in suba panis manet. ix.

Qualitates sensibiles manent. x.

Quod omnis substantia materialis extensa ponitur ex partibus substantialibus distincte realiter. xi.

Quod res absoluta prior potest esse sine posteriori potestate diuina. xij.

Quod omnipotentia dei potest facere substantiam sine omni accidente absoluto formaliter inherente sibi. xij.

Quod substantia extensa potest conservari immota localiter. quous omnia sua accidentia absoluta per diuinam potentiam destruantur. xiiij.

Quod substantia materialis per partes suas intrinsecas est presens loco que circumscribitur. xv.

Premituntur quedam ad probandum quod quantitas remanens in sacramento altaris non est realiter distincta a qualitatibus remanentibus. xvj.

Probantur quedam conclusiones ad propositum. xvij.

Quod omnes qualitates in sacramento altaris non sunt unum subiectum unius quantitatis. xvij.

Quod non quilibet qualitas est subiectum immediatum quantitatis. xix.

Quod quantitas manens non est subiectiue in una qualitate et non in alia. xx.

Probatur testimonijs doctorum catholicorum quod qualitates non sunt subiectiue in quantitate alia a substantia. xxj.

Quod quantitas distincta realiter a substantia non sit subiectum qualitatum in sacramento altaris. confirmatur etiam philosophorum testimonio. xxij.

Quod quantitas remanens in sacramento non est res absoluta distincta realiter a qualitatibus remanentibus in eodem sacramento. xxij.

Quod ante consecrationem fuit una quantitas que non erat res absoluta distincta realiter a substantia panis. xxij.

Quod substantia potest esse quanta sine omni re absoluta distincta realiter addita sibi. xxv.

Adducuntur alie rationes ad probandum eandem conclusionem scilicet quod substantia potest esse quanta sine quantitate distincta addita sibi. xxvj.

Quod eadem conclusio que prius videtur sequi ex dictis aduersariorum. xxvij.

Quod substantia est quanta per suas partes substantiales sine omni quantitate que sit res distincta realiter a substantia et qualitate. xxvij.

Probatio eiusdem conclusionis que prius per argumenta sumpta a dictis doctorum catholicorum. xxix.

De obiectionibus contra predicta. xxx.

Responsio ad predictas obiectiones per sequentia capitula. xxx.

Ad ostendendum quod stant simul aliqua quantitas non est res distincta realiter a substantia et quantitas est accidens. xxxij.

Quomodo quantitas est accidens declarat et quomodo cum hoc stat quod aliqua quantitas non est res distincta a substantia. xxxij.

Soluitur autoritates Augustini supra. c. iij. inducte in quarto et quinto argumento. xxxij.

Quomodo quantitas est distincta a substantia non obstante quod nulla quantitas sit distincta a parte rei a substantia et qualitate. xxxv.

Quod non debet predicta opinio abijci tanquam heretica. xxxvj.

Quod predicta opinio non contradicit experientie. xxxvij.

Quod omnes longitudines sunt eiusdem speciei et quomodo alique differunt specie. xxxvij.

De diuerso modo predicandi quantitatis. xxxix.

Qualiter diuersae quantitates possunt esse subiectiue in suba cum duo corpora non possunt naturaliter esse simul. xl.

De solutione quedam argumentorum contra predicta. xli.

Tractatus quagloz

sua de sacramento altaris. et in primis de puncti. linee. superficie. corpis. quantitate. qualitate et substantie distinctione venerabilis Inceptoris Guilhelmi Ockam Anglici. sacre theologie magistri famosissimi veritatum scrutatoris acerrimi ordinis fratrum minorum incipit feliciter.

Ira conuersionem panis

in corpus xpi. sicut dicitur glossa quedam de conse. dist. ij. In sacramento. varie sunt opiniones. Una asserit quod illa substantia que fuit panis primo. postea est caro et sanguis xpi. i. e. panis est in altari et c. q. corp. Secunda opinio tenet quod substantia panis et vini ibi desinit esse. et manet accidentia tamen. scilicet sapor. color. et similia. Et sub illis accidentibus incipit ibi esse corpus xpi. Tertia tenet quod remanet ibi substantia panis et vini. et in eodem loco et sub eadem specie est corpus xpi. ar. j. e. ego. Quibus tamen opinio fatetur ibi esse corpus xpi. Secunda opinio verior est extra de summa trinitate capitulo. firmiter. §. vna. hec sunt verba glossae. Ex qua apparet quod substantia panis conuertitur in corpus xpi. ita quod substantia panis non manet. sed tamen accidentia que prius erant in substantia panis manent. Et per ista veritate dicitur extra de sum. trini. firmiter. sicut allegat glossa predicta. Una est omnium fidelium uniuersalis ecclesia. extra quam nullus omnino saluatur. In qua ipse idem sacerdos est et sacrificium. Ihesus xpus cuius corpus et sanguis in sacramento altaris sub speciebus panis et vini veraciter et intransubstantiatis pane in corpus. et vino in sanguinem. potestate diuina. Ad istius veritatis declarationem circa duo principaliter aliqua sunt querenda. ut patet circa illos accidentium entitatem et distinctionem. Secundo circa ipsorum a subiecto separationem. Quia autem communiter conceditur ab omnibus quod color sapor et huiusmodi qualitates sensibiles inter se realiter distinguuntur. et etiam a substantia. Ideo hoc supposito querenda sunt aliqua circa distinctionem istarum qualitatum a quantitate.

figura. rectitudine. et huiusmodi. de quibus est magnum dubium. quomodo distinguantur. Et quod non tamen ad theologia sed etiam ad philosophiam pertinet ista consideratio. cum philosophus sit rerum naturarum et distinctiones earum cognoscere. Ideo inuestigandum quid senserunt philosophi. et precipue princeps philosophorum Aristoteles de ista materia. et etiam quid dicant theologus. ut autem ordinari preceam queram primo de distinctione puncti. linee. superficie. et corpis. et postea de alijs.

Nunc igitur quero

Utrum punctus sit res absoluta distincta realiter a quantitate. Quod sic. quia terminus uniuscuiusque distinguitur ab illo cuius est terminus. sed punctus est terminus linee. ergo distinguitur realiter a linea. et per consequens eadem ratione a qualibet quantitate distinguitur realiter. Contra omnes res posituae est substantia vel quantitas vel qualitas vel relatio. et sic de alijs predicamentis. sed punctus non est substantia distincta a quantitate. nec relatio distincta a quantitate. et sic de alijs generibus respectibus. igitur punctus non est alia res a quantitate. Pro ista questione et omnibus sequentibus de ista materia premitto unum. videlicet quicquid dicitur sub quacunque forma verborum. quod potest aliquo modo deduci contra quodcumque dicitur in sacra scriptura. vel sanctorum. vel contra determinationem et doctrinam ecclesie romane. vel contra sententiam doctorum ab ecclesia approbatorum. non dicatur asserendo. sed precise recitatio in persona illorum. qui etiam opinionem tractandam tenent. sine illa opinio sit vera sine falsa. sine catholica. siue heretica vel erronea. unde si dicatur talia verba dico dicendum et consimilia. non in persona mea. sed in persona taliter opinantium volo illa intelligi. Hoc premissis circa questionem positam sic procedam. Primo ostendam quod punctus non est aliqua res positua et absoluta distincta realiter a qualibet quantitate et maxime a linea. Secundo ponam aliquas rationes et auctoritates ad probandum punctum esse aliam rem. Tertio respondebo ad eas. Primo igitur probabo quod punctus non est alia res a linea. qualibet quantitate. et primo per rationes philosophicas. secundo per auctoritates philosophorum. tertio per rationes theologicas.

Juxta primam viam arguo primo sic ostensue. Si punctus sit alia res a quantitate. vel est substantia vel accidens. sed punctus non est substantia distincta a quantitate. nec accidens distinctum a quantitate. igitur punctus non est alia res a quantitate. maior est nota. minorē probō. et primo primā partem. scilicet quod punctus non est substantia distincta a quantitate. quia omnis substantia vel est materia vel forma vel compositum vel substantia abstracta a materia. Sed manifestum est quod punctus non est materia nec forma nec compositum. nec est forma abstracta a materia. si punctus sit indivisibilis et nullo modo quantus. sicut ponitur ab aduersariis. ergo etc. Secundam partem probō sic. quod scilicet punctus non sit accidens indivisibile distinctum a quantitate. Primo sic omne accidens absolutum positum est in aliquo subiecto sibi adequato. ita quod illud accidens vel est totum in toto subiecto et in qualibet parte. vel totum in toto et pars in parte. vel est accidens indivisibile habens subiectum indivisibile. sicut accidens spirituale est in anima intellectiva. tamen in subiecto suo primo et adequato. Sed punctus nullo istorum trium modorum habet aut habere potest aliquod subiectum primum et adequatum. ergo. maior illius rationis per inductionem patet de omni accidente absoluto. Prima pars minoris videlicet quod punctus non habet aliquod subiectum adequatum ita quod sit totum in toto et in qualibet parte. Patet quod accipio punctum terminantem lineam a. et vocetur ille b. et accipiendo alium punctum correspondentem et vocetur c. tunc quero aut b. est in a. tamen in suo subiecto adequato. vel in subiecto ipsius. et sic sic sequitur. quod eadem ratione c. erit in eodem subiecto adequato.

Tunc arguo sic quocumque sunt in eodem subiecto adequato non differunt nec situ nec loco. sed b. et c. distinguuntur vel distant loco et situ. ergo non sunt in eodem subiecto adequato. Si dicatur quod b. non est in tota linea a nec in subiecto ipsius lineae. sed in parte ipsius lineae. vel in parte subiecti. Contra si b. non sit tamen in subiecto adequato in tota linea. nec in toto subiecto ipsius lineae. igitur est in parte tamen in subiecto adequato. sit ista pars d. Tunc arguo b. est in d. tamen in subiecto adequato. Igitur eadem ratio

one alius punctus correspondens ipsi b. ad quem et alia parte terminatur d. erit in ipso d. tamen in subiecto adequato. et vocetur ille punctus e. Et quo sequitur quod b. et e. sunt in eodem subiecto adequato. et per consequens non distant loco et situ. quod est manifestissime falsum. Sic igitur non potest punctus alius esse in aliquo divisibili quanto et tamen in suo subiecto adequato. ita quod sit totum in toto et totum in qualibet parte. Tum quia tunc duo puncta illius divisibilis non distant situ quod est falsum. Tum quia tunc punctus idem numero esset in alio et in alio situ quod est falsum. Si dicatur quod punctus est in aliqua parte divisibili sed illi parti non correspondet alius punctus in actu. nec potest sibi correspondere. quia illa pars non potest esse per se existens. sed tamen inexistens alteri. Contra quocumque parte demonstrata deus potest eam de potentia absoluta separare ab alia parte. et conservare eam per se existentem. igitur istam partem que est primum subiectum et adequatum puncti deus potest conservare sine alia. ponatur igitur in e. tunc habebit alium punctum in actu. qui eadem ratione erit in illo subiecto tamen in suo subiecto primo. quia non est maior ratio quod unus punctus terminans lineam sit in illa tota linea vel in illo toto subiecto illius lineae. quam alius punctus terminans eandem lineam. et per consequens ista duo puncta non distant situ. quia illa accidentia que sunt in eodem subiecto adequato non distant situ. Preterea punctus correspondens non est tamen in potentia quomodo futurum est in potentia. igitur est in rerum natura et per consequens habet aliud subiectum primum. et non potest dari nisi linea vel subiectum lineae terminate ad alium punctum. Igitur ista duo puncta sunt in eodem subiecto primo. et per consequens non distant situ. quod est falsum. Preterea si esset in aliquo divisibili subiecto. tamen in subiecto primo. tunc non distarent situ ab alia parte. nec plus distaret ab una parte. quam ab alia. Secunda pars minoris principalis probatur sic. scilicet quod punctus non est totum in toto subiecto. et pars in parte. quia punctus tunc esset quantus et haberetur propositum. Tertia pars minoris illius. videlicet quod non est in aliquo indivisibili tamen in subiecto suo primo adequato. pa-

ter. quia illud indivisibile. vel esset substantia vel accidens. non accidens. quia quero in quo genere. et per quod non potest dari esse in alio genere a genere substantie. Similiter querendum esset de subiecto illius accidentis. sicut de subiecto puncti. nec est illud indivisibile substantia. quia si sit substantia vel est materia vel forma vel compositum. vel substantia abstracta a materia. sed non est materia. quia omnis materia est divisibilis. nec est forma quia si sit forma. vel est forma extensa. et per consequens est divisibile. vel est forma inextensa. et per consequens est anima intellectiva. quia sola anima intellectiva est inextensa. sed manifestum est quod non est anima intellectiva. ergo non est forma que est altera pars compositi. nec est compositum manifestum est. nec est forma abstracta a materia. manifestum est. igitur non est aliqua substantia indivisibilis. que possit esse primum subiectum et adequatum puncti. Preterea si in lapide sit aliqua substantia indivisibilis. que possit esse primum subiectum et adequatum puncti. accipio tunc istam substantiam. Et quero aut facit per se unum cum materia et forma lapidis aut non. Si sic. igitur esset aliqua substantia indivisibilis in lapide que esset materia vel forma respectu materie lapidis. quia quando cumque aliqua sunt diversarum rationum in genere substantie facientia per se unum. unus istorum est actus. reliquus vero potentia. et per consequens unum est materia et reliquus forma. Sed impossibile est quod illud indivisibile sit materia prima. quia materia prima est extensa. Si autem ista substantia indivisibilis non facit per se unum. cum materia et forma lapidis. immo nec est pars lapidis. et per consequens non potest esse pars lapidis nec per consequens potest esse pars alicuius substantie. Sed omnis substantia que non potest esse pars alicuius substantie per se subsistens. et per se in genere et specie. et per consequens ista substantia esset per se subsistens et per se in genere et specie. quod est falsum. reliquit ergo quod nulla est substantia in lapide nisi materia vel forma vel compositum. sed omne tale est divisibile et habens partes realiter distinctas. ergo nullum eorum est indivisibile. Sic igitur patet. quod nec aliqd indivisibile nec aliqd divisibile potest esse p-

rum subiectum et adequatum ipsius puncti. si punctus sit quedam res absoluta distincta realiter ab omni divisibili. Si dicatur ad rationem principalem quod maior est falsa. nam multa sunt accidentia que non sunt tota in toto. et in qualibet parte. nec tota in totis et partes in partibus. nec sunt accidentia indivisibilia habentia subiecta indivisibilia. sed accidentia indivisibilia habentia subiecta divisibilia. et tamen non sunt in aliqua parte. sed totum in toto sicut tempus est in toto motu totius celi. et tamen non est in aliqua parte motus alicuius partis celi. Similiter dupliciter est tota in toto duplo. et nec dupliciter nec aliqua pars eius est in parte dupli respectu eiusdem dimidii. Et ita videtur de multis alijs accidentibus. quod sunt in toto. et tamen nec ipsa nec pars eorum sunt in aliqua parte totius. Sed ista responsio non sufficit. Primo. quia accipit falsum quod sunt aliqua accidentia indivisibilia existentia primo in aliquo divisibili. et tamen in nulla eius parte. unde tempus non est aliquod accidens absolutum distinctum realiter a motu et a rebus permanentibus. existens subiective in toto motu. et in nulla parte. Secundo non sufficit ista responsio. quia si dato adhuc stat argumentum. quia punctus non est tale accidens. Primo quia nullum accidens existens in aliquo subiecto adequato siue sit totum in toto et totum in qualibet parte siue totum in toto. et tamen in nulla parte distat loco et situ ab aliquo accidente existente in eodem subiecto adequato sibi. patet quia color non distat a colore eiusdem subiecti. Similiter tempus si sit aliud accidens non distat situ ab aliquo accidente existente in eodem subiecto adequato sibi. Similiter dupliciter non distat situ ab aliquo accidente existente in eodem subiecto. tamen sibi adequato. et ita universaliter de omni accidente. patet quod non distat situ ab aliquo accidente existente in eodem subiecto sibi adequato. sed punctus distat situ a quolibet puncto illius quanti. cuius est punctus. Igitur duo puncta non possunt esse in eodem subiecto primo et adequato. quod tamen oporteret si punctus esset accidens indivisibile habens pro subiecto adequato aliqd divisibile. Tertio nullum accidens distat situ a qua

cum q̄ parte sui subiecti primū ad equatū. sicut quorum utriusq̄ patet esse falsum et impossibile. Secundo principaliter arguo sic. omnis res positiva et absoluta distincta realiter ab omni alia re non faciens per se unum tanq̄ pars cum alia re est per se in genere. Si punctus si sit talis res indivisibilis. non est pars alicuius divisibilis. nec faciens per se unum cum quocunq̄ alio. igitur erit per se in aliquo predicamento. sed hoc est falsum. quia tunc vel est substantia vel quantitas vel qualitas. vel respectus. quorum quodlibet est falsum per ponentes talia indivisibilia. **Da**ior illius rationis est manifesta. quia quando sunt aliquę res secundum se totas distincte quę neutra est pars alterius. non est maior ratio quę una illarum sit per se in aliquo predicamento quę alia. sicut patet inductive. Sed ad illud dicitur. quod punctus non est per se in genere sed tantum per reductionem. quia non est nisi terminus quantitatis. Sed illa responsio non valet. primo. quia tunc linea non esset per se in genere quantitatis. cum non sit nisi terminus quantitatis. Si dicatur quod linea non tantum est terminus quantitatis sed etiam quantitas. ideo per se est in genere. Punctus autem non est per se quantitas. ideo non est per se in genere quantitatis. sed tantum per reductionem. hoc non valet. quia si punctus sit talis res indivisibilis non tantum erit terminus quantitatis sed erit una res absoluta distincta realiter secundum se totam ab omni alia re et per consequens erit per se in aliquo predicamento. Confirmatur quia omnis res absoluta et permanens et per se una. non tantum una per aggregationes vel ordinem. est per se in aliquo predicamento. vel est pars alicuius existentis per se in predicamento. patet illa inductive de omni re. nisi insisteret in proposito. patet etiam quia si illa maior negatur. perit omnis via ad probandum aliquam rem esse per se in genere. Sic enim de aliis dicam quod aliquid non est per se in genere quia est terminus alicuius substantie. sicut tu dicitis. quod punctus non est per se in genere quia est terminus alicuius existentis per se in genere. patet igitur illa quod omnis res per se una est per se in aliquo predicamento. vel pars alicuius existentis in predicamento. sed punctus non est pars alicuius existentis per se in predicamento. patet inductive. igitur punctus

est per se in predicamento quod probatum est esse falsum. Ex quo sequitur quod punctus non est talis res indivisibilis. Tercio arguo sic impossibile est quod sint infinite res in actu secundum se totas distincte. et quarum nulla sit pars alterius nec que faciunt aliquid quod unum. Sed si punctus esset talis res indivisibilis. talia essent infinita in actu. quia accipio lignum. manifestum est secundum illos quod hic sunt infinite linee. quia non tot quin plures. et quęlibet illarum terminatur ad aliquę punctum in actu. quia alias nulla linea terminaretur ad aliquem punctum in actu. et manifestum est quod secundum se tota distinguuntur si sint indivisibilia. nec faciunt per se unum. cum non sint partes alicuius. Igitur talia infinita erunt in actu quod est impossibile et contra omnem philosophiam. relinquatur igitur quod punctus non est talis res indivisibilis distincta realiter ab omni divisibili. Quarto sic per solam divisionem continui non causatur aliqua res positiva et absoluta. dividatur igitur lignum. et quęro de punctis terminantibus. aut prius fuerunt aut non. Si sic. certum est quod non distabant situ. punctus ergo fuit immediatus puncto. quod falsum est. etiam secundum eos. Si non erant prius et nunc sunt. igitur generantur de novo. et per consequens per solam divisionem necessario generaretur aliqua res absoluta. quod falsum est. Quinto quia per solam unionem partium a que vel alterius. cuius partes prius separate possunt continuare. non generatur aliqua res nova absoluta. nec absoluta corrumpitur. Si si punctus esset talis res indivisibilis. necessario quocunq̄ tales partes continueretur. aliqua res absoluta corrumpere. puta ista duo puncta que prius terminabant duas lineas. et generaretur nova scilicet unum punctus continuans illas duas partes. immo sequeretur quod infinite res absolute secundum se totas distincte corrumpere et infinite generarentur. sicut deduci potest per tertiam rationem principalem prius factam. que omnia sunt impossibilia. et per consequens punctus non est talis res indivisibilis. Istam eandem conclusionem probabo per rationes theologicas. primo sic omnem rem absolutam distinctam secundum se totam ab alia re absoluta. cuius non est subiectus nec effectus nec econversio potest deus creare sine ea. Sed si punctus sit talis res indivisibilis. linea secundum se totam distinguitur a puncto. manifestum est. quia linea non est pars puncti. nec punctus est pars linee. nec etiam linea est subiectum puncti sicut probatum est prius nec econverso punctus est subiectum linee. manifestum est. nec etiam linea est causa puncti nec econverso. sicut patet discurrendo per omnia genera causarum. Igitur potest deus de potentia sua absoluta facere lineam sine omni puncto. Tunc quero. aut illa linea est finita aut infinita. Si sit finita et sine omni puncto. et per consequens frustra ponitur punctus ad terminandum lineam et tamen non propter aliud ponitur a sic ponentibus. Si autem linea illa non sit terminata nec finita. et est in rerum natura per casum. igitur est infinita quod patet esse manifeste falsum quia non propter hoc erit illa linea maior vel longior quia ille punctus est separatus vel destructus ergo nullo modo erit illa infinita quocunq̄ omnia puncta destruantur. Preterea si destruantur a deo omnia puncta. conservetur linea. quero aut illa linea est continua. aut non. Si sic. et non per punctum quia non est per casum igitur sine omni puncto est linea continua. et per consequens frustra ponitur ibi punctus. Si non sit continua. quęro aut aliqua pars eius sit continua et reddat argumentum precedentis. aut nulla pars est continua. ex quo sequitur quod est aliqua linea que non componitur ex continuis quod est impossibile. Similiter illa linea est continua vel discreta. Si continua habetur propositum. Si discreta ergo quęlibet pars est divisa in infinitum quantum ad omnes eius partes. quod est impossibile. Ista autem ratio probat quod linea sufficienter est continua et finita per naturam propter priam sine omni alia re addita sibi. et per consequens cum non propter aliud debeat poni punctus. frustra ponitur punctus esset talis res indivisibilis. Si dicatur quod deus de potentia sua absoluta non potest facere lineam sine puncto. Contra quando aliqua res ab

est per se in predicamento quod probatum est esse falsum. Ex quo sequitur quod punctus non est talis res indivisibilis. Tercio arguo sic impossibile est quod sint infinite res in actu secundum se totas distincte. et quarum nulla sit pars alterius nec que faciunt aliquid quod unum. Sed si punctus esset talis res indivisibilis. talia essent infinita in actu. quia accipio lignum. manifestum est secundum illos quod hic sunt infinite linee. quia non tot quin plures. et quęlibet illarum terminatur ad aliquę punctum in actu. quia alias nulla linea terminaretur ad aliquem punctum in actu. et manifestum est quod secundum se tota distinguuntur si sint indivisibilia. nec faciunt per se unum. cum non sint partes alicuius. Igitur talia infinita erunt in actu quod est impossibile et contra omnem philosophiam. relinquatur igitur quod punctus non est talis res indivisibilis distincta realiter ab omni divisibili. Quarto sic per solam divisionem continui non causatur aliqua res positiva et absoluta. dividatur igitur lignum. et quęro de punctis terminantibus. aut prius fuerunt aut non. Si sic. certum est quod non distabant situ. punctus ergo fuit immediatus puncto. quod falsum est. etiam secundum eos. Si non erant prius et nunc sunt. igitur generantur de novo. et per consequens per solam divisionem necessario generaretur aliqua res absoluta. quod falsum est. Quinto quia per solam unionem partium a que vel alterius. cuius partes prius separate possunt continuare. non generatur aliqua res nova absoluta. nec absoluta corrumpitur. Si si punctus esset talis res indivisibilis. necessario quocunq̄ tales partes continueretur. aliqua res absoluta corrumpere. puta ista duo puncta que prius terminabant duas lineas. et generaretur nova scilicet unum punctus continuans illas duas partes. immo sequeretur quod infinite res absolute secundum se totas distincte corrumpere et infinite generarentur. sicut deduci potest per tertiam rationem principalem prius factam. que omnia sunt impossibilia. et per consequens punctus non est talis res indivisibilis. Istam eandem conclusionem probabo per rationes theologicas. primo sic omnem rem absolutam distinctam secundum se totam ab alia re absoluta. cuius non est subiectus nec effectus nec econversio potest deus creare sine ea. Sed si punctus sit talis res indivisibilis. linea secundum se totam distinguitur a puncto. manifestum est. quia linea non est pars puncti. nec punctus est pars linee. nec etiam linea est subiectum puncti sicut probatum est prius nec econverso punctus est subiectum linee. manifestum est. nec etiam linea est causa puncti nec econverso. sicut patet discurrendo per omnia genera causarum. Igitur potest deus de potentia sua absoluta facere lineam sine omni puncto. Tunc quero. aut illa linea est finita aut infinita. Si sit finita et sine omni puncto. et per consequens frustra ponitur punctus ad terminandum lineam et tamen non propter aliud ponitur a sic ponentibus. Si autem linea illa non sit terminata nec finita. et est in rerum natura per casum. igitur est infinita quod patet esse manifeste falsum quia non propter hoc erit illa linea maior vel longior quia ille punctus est separatus vel destructus ergo nullo modo erit illa infinita quocunq̄ omnia puncta destruantur. Preterea si destruantur a deo omnia puncta. conservetur linea. quero aut illa linea est continua. aut non. Si sic. et non per punctum quia non est per casum igitur sine omni puncto est linea continua. et per consequens frustra ponitur ibi punctus. Si non sit continua. quęro aut aliqua pars eius sit continua et reddat argumentum precedentis. aut nulla pars est continua. ex quo sequitur quod est aliqua linea que non componitur ex continuis quod est impossibile. Similiter illa linea est continua vel discreta. Si continua habetur propositum. Si discreta ergo quęlibet pars est divisa in infinitum quantum ad omnes eius partes. quod est impossibile. Ista autem ratio probat quod linea sufficienter est continua et finita per naturam propter priam sine omni alia re addita sibi. et per consequens cum non propter aliud debeat poni punctus. frustra ponitur punctus esset talis res indivisibilis. Si dicatur quod deus de potentia sua absoluta non potest facere lineam sine puncto. Contra quando aliqua res ab

foluta potest per naturā fieri sine mltis re/
bus diuisim ita q sine quacūqz illarum si
gillarim. illa res potest per diuinam poten
tiam fieri sine omnibz illis conūctis. ita q
nullum illorū sit cum eo. quod maxime est
verum quando iste res fm se totas sunt di
stincte realiter & neutra est effectus nec ac
cidens alterius. Sicut est de puncto & li
nea. Si punctus sit talis res indiuisibilis
sz hec linea p naturā potest esse sine hoc pū
cto & sine illo & sic de alijs & sic de quolibet
igitur potest deus facere eam sine omni pū
cto & ita habetur propositū. Preterea
si illud qd dependet essentialiter ab aliquo
subiecto potest per diuinam potentiā separari
ab illo. multo fortius id qd nō dependet ab
alio nec tanqz totū nec tanqz accidens nec
tanqz effectus ab alio potest deus facere si
ne eo. Sed accidens in sacramento altaris
ante separationē dependet a substantia tan
qz a causa & a suo subiecto. & tamen per diui
nam potentiā sit accidens sine subiecto. igitur
multo fortius linea que nō dependet a
puncto. nec tanqz a parte sua. nec tanqz a sub
iecto. nec tanqz a sua causa. potest fieri sine
eo & ita stat primū argumentum. Con
firmatur ratio illa quia fm philosophū se
cundo phisicorū. Quantitas est per se fini
ta vel infinita. Sed si quantitas esset finita
per rem aliā. sicut linea per puncta tanqz
per rem aliā. ipa nō esset finita per se. sed per
aliud in sacramento altaris quantitas est se
parata ab omni substantia. igitur linea est se
parata ab omni subiecto. Tunc quero de pū
cto terminante illam lineā. aut est separata
ab omni subiecto aut nō. si sic. igitur pun
ctus ille & linea nullo modo faciunt vnum
quia nec vnum per se nec vnū per accidens
cum neutro sit receptiuū alterius. & per cō
sequēs linea nō potest aliter terminari per
punctum nisi sicut aqua terminatur corpo
ri solido puta terra vel consimili. quod nō
potest competere puncto. Si autem pun
ctus nō sit sine subiecto. & manifestum est q
nō est subiectiue in substantia. cu3 nō sit ibi
nisi corpus xpi. in quo nō potest poni pun
ctus. ille igitur est subiectiue in linea sz hoc
est impossibile sicut probatum est prius. qz
si esset subiectiue in linea vel in aliqua par

te linee tanqz in subiecto primo & ad equato
& nō tm per partes. sicut hic albedo dicitur
esse in sorte quia est in vna parte sortis. pun
ctus a nulla pte subiecti puta linee vel par
tis linee posset distare loco & situ sicut argu
tum est prius. quod est manifeste falsum si
cut probatum est prius. Propter predicta
& multa alia que possunt adduci. dicerent
ponentes nihil esse simpliciter indiuisibile
in rebus per creationē omniū partū reali
ter distinctarum. preter substantias separa
tas a materia. & principaliter animā intelle
ctiuam & accidentia sua. & q punctus nō est
res indiuisibilis positua & absoluta distin
cta realiter a linea & omni quantitate. Sed
dicerent q quelibz res diuisibilis se ipa for
maliter est finita & terminata & continua si
sit continua sine omni alia re addita sibi. cau
saliter est terminata & finita & continua a deo
& alijs causis per se ponentibus eam in esse
quecūqz sint ille cause vnde hec linea sine
omni alia re addita sibi. imo si quelibet alia
res destrueretur & hec linea cōseruaretur a
deo vere esset finita terminata & continua. &
ideo cu3 talis res indiuisibilis propter alia
nō ponatur. videtur tam impossibile qz su
perfluum ponere punctū esse talem res in
diuisibilem. Et si queritur quid est pun
ctus aut est res diuisibilis aut indiuisibilis
dicendum est q sic dicendo. punctus est ali
quid vel punctus est res vel huiusmodi. Si
punctus supponat pro aliquo ita q habeat
precise vim nominis & nō includat equiua
lenter vnum complexum ex nomine & ver
bo vel aliqd consimile qd fm proprietatez
voci potest reddere suppositum verbo. de
bet concedi q punctus est aliquid & q pun
ctus est res. & hoc quia debet concedi q pū
ctus est linea vel punctus est quantitas. qz
tunc hoc nomen punctus equiualebit isti.
linea tante vel tate longitudinis. siue linea
nō vltius protensa vel extensa. vel alicui
tori completo ex nomine & verbo median
te coniunctione vel adverbio. vel hoc pro
nomine que. fm qd placz dare diuersas dif
finitiones exprimentes qd nominis illi no
minis pūctus. & ideo sicut hoc pdicatu res
diuisibilis pdicat de tali subiecto. & p conse
quens de pposito ex adiectiuo & substantiuo
ita predicatur de puncto. Unde sicut di

cunt aliqui q hoc nomen priuatio equiua
let in significando huic toti subiectū priua
tum & propter hoc sicut concedunt istā sub
iectum priuatiū est materia. ita cōcedunt il
la3. priuatio est materia. ita si hoc nomē pū
ctus in significādo equiualeat isti toti. linea
nō vltius protensa vel alicui consimili.
cui vna pars sit linea. & alie partes sint ali
qua adiectiua. vel verbum coniunctū cu3
linea. mediante hoc pronomine que vel al
tero consimili. sicut hec conceditur. linea ē
diuisibilis. ita illa conceditur de virtute si
gnificationis. punctus est linea. punctus ē
diuisibilis. Quicquid enim verificatur de
hoc nomine linea sumpto significatiue. veri
ficatur de hoc nomine punctus sumpto si
gnificatiue. & hoc de virtute significationis
loquendo. hoc tamē nō obstante. vna pro
positio in qua subicitur hoc nomē punctus
poterit esse per se. & alia in qua ponitur hoc
nomē linea nō erit per se & conuerso. sicut
quicquid predicatur de vno conuertibiliū
sumpto significatiue verificatur de reliquo
sumpto significatiue. & tamē vna illarū per
se & nō reliqua. vnde hec ē per se primo mo
do. omnis homo est animal & nō illa omne ri
sibile est animal. Si autē hoc nomē punctus
equiualebit in signando alicui cōposito ex
nomine vel verbo vel coniunctione vel ad
verbio et hoc pronome qui vel et obliquo
& verbo composito. qd fm proprietate ser
monis nō potest reddere suppositū verbo
loquendo grāmaticē. & per consequēs om
nis oratio in qua ponitur nō est fm propri
etatem sed est figuratiua locutio. & potest re
duci ad figuram que vocatur a grāmaticis
ipallogē. de qua dicunt. q ipallogē est cō
uersio casuū vel constructionis vel aliqua
do totius sententie. Sic debet cōcedi q pū
ctus est res indiuisibilis & punctus nō ha
bet partes & hmōi. Sed ille propositiones
& consimiles nō sunt concedende fm prop
rietatem sermonis. tanqz proprie nō excusan
de per aliquā figurā grāmaticā. & per cō
sequēs nō est ex eis arguendū in inuestiga
tione veritatis. nisi ipis acceptis fm sensū
que habent ex intentione auctorū. sed con
cedende sunt sub illo sensu. que habent ex
q per predictam figuram excusantur. eo vi
delicet q vna dictio ponitur loco vnus ora
tionis vel compositi ex multis dictionibus

& simul cū hoc oportet cōvertere orationes
transponendo & etiaz mutando aliquando
vna3 ptem orationis in aliam. & aliquando
vnam dictionem in aliam & casum in casū
vel vnū accidens grāmaticale in aliud vel
consimili modo conuertendo. vt sensus il
lius propositionis. punctus est indiuisibi
lis. sit ille. linea vltra nō protenditur. cuius
tamen quelibet pars est diuisibilis. vel ali
us consimilis sensus secundū q placet pre
dictam propositionem exponere. Sensus
autem istius propositionis. punctus est di
uisibilis. sit ille. vel aliquis consimilis sen
sus. quacūqz parte linee data adhuc con
uenit accipere vltiorem & sicut dicitur de
istis propositionibus. ita dicendum est de
consimilibus. & nō tm est hoc verū de hoc
nomine punctus. verū etiam de omibz no
minibus verbalibus & omibus nominibz
formatis ab aduerbijs. cōiunctionibz. pro
nominibus. prepositionibus. & vniuersali
ter ab omibus sincathegoreumatis. & vni
uersaliter ab omnibus. que nō sunt precise
habentia virtutez nominis. Ita q sine om
ni figura & proprietate sermonis nō possit
esse extrema propositionis distincta a copu
la. Et fm hoc omnes tales. actio est in pas
so. motus est i mobili. similitudo est i simili
albedo est terminus motus. omnis res pro
ducitur per productionem. ignis calefacit
calefactione. & huiusmodi innumerabiles
propositiones que inveniunt in dictis phi
losophorum & sanctorū. & etiam in scriptu
ra sacra sunt figuratiue per aliquā figurā
grāmaticalem excusande. Hec est incōueni
ens concedere. q philosophi & sancti sic fi
guratiue loquebantur. cum multa talia in
sacra scriptura reperiantur. nō tamen acci
piendo dicta sacre scripture in sensu spiritu
ali sed etiam in sensu litterali. imo etiam fre
quenter vulgaris & communis modus loquē
di talibus figuratiuis locutionibz vsitur. si
cut per dicta grāmaticorū de talibus tra
ctantium potest probari. vnde nō tm dictō
potest transferri a propria significatione ad
impropiam. sed etiam aliquando dantur
vocabula que nullā ppiā significationē ha
bēt qle pmo instituta hnt. Et sic trālatio fm
grāmaticos sit triplici de cā. qz aliqui cā me
tri sic i poetis. Aliqui cā ornat sic i rethori
ca locutio. aliquando causa necessitatis siue

breuitatis siue utilitatis sicut in phia et omnibus istis modis fit translatio in theologia. Ita ippositio talium nominum siue sunt abstracta siue concreta fit triplici de causa. scilicet metri. ornatus. et utilitatis siue breuitatis. Quis ex predictis causis occasionaliter multum errores pueniunt in simplicibus. qui omnia dicta philosophorum et scorum secundum proprietatem formos voluit accipere cum tamen sint figuratiue sumenda.

Secundus articulus principalis Sed contra predicta arguit quidam doctor primo sic. Et illa opinione sequitur quod generatio subita. que non est per se terminus continui nihil erit vel saltem in nihilo. quia non est et aliqua alia mensura positua. et ita est de illuminatione et de omnibus mutationibus subitis. que non sunt per se termini motus. Et licet possunt euadere de mutationibus que sunt termini motuum et sunt in instanti. sicut in nihilo. vel diuatio continui in diuotione continuata. tamen de istis videtur absurdum. quia non sunt termini continui alicuius continui quia nihil sunt alicuius continui nec positue nec diuatiue. Preterea primo posteriorum. ratio linee est ex punctis. hoc est in ratione essentiali linee cadit punctus que ratio dicitur linea in primo modo dicendi per se. nulla autem diuatio per se pertinet ad rationem essentiali positui. Tertio et eodem sequitur. quod si punctus tamen est diuatio que linea tamen erit diuatio et superficies et corpus. semper enim terminatum diffinit per terminans et posituum non includit essentialiter diuatiue.

Quarto contra illam opinionem videtur esse Aristoteles in predicamentis ubi dicit. quod preter lineam terminantem ad punctum tanquam ad terminationem. sed terminus semper est aliud ab illo quod terminat ad ipsum igitur punctus est talis res in diuisibilis. Quinto plus primo philosophorum. terminus diuisibilis non infinitus est. et quo vult quod punctus quia est diuisibilis neque est finis neque infinitus. Sexto philosophorum quarto philosophorum ubi probat quod locus non est corpus. dicit quod neque vna habemus punctum et loci punctum. igitur secundum cum punctus est aliquid distinctum a rebus diuisibilibus. Septimo secundum philosophum secundo philosophorum. illa tangunt se quorum vltima sunt simul. igitur duo vltimo duarum linearum tangentium se sunt simul. sed nulle due preter istarum linearum sunt simul. nec ipse linee sunt simul. igitur preter lineas et partes earum sunt alia que sunt simul que non possunt

esse nisi puncta diuisibilia. Octavo. viii. et sexto philosophorum dicit quod continua sunt illa quorum vltima sunt vnum ergo duo vltima duarum medietatum in linea vna sunt vnum. sed manifestum est quod nec ille medietates nec aliquas partes earum sunt vnum. igitur preter illa sunt aliqua que sunt vnum. Nono philosophus ibidem ponit. quod linea est diuisibilis et punctum indiuisibile et hoc per hoc probatur quod linea non componitur ex punctis. nec aliquid continui ex indiuisibilibus quod esset vanum nisi essent talia indiuisibilia preter continua.

Decimo philosophus ibidem dicit quod quantum autem improbabile indiuisibile est necesse est totum tangere etc. Equo patet quod ponitur aliquid tale indiuisibile. Talia innumerabilia possent adduci. propter quod videtur quod de intentione philosophi sit ponere tales res indiuisibiles distinctas realiter a rebus diuisibilibus. Tertius articulus principalis. respondet ad rationes. Sed quia ex solutione predictorum poterit patere via soluendi alia. ideo illa obmitto causa breuitatis et respondet ad ista

Ad primum dico. quod instans non est talis res absoluta distincta realiter ab omni re diuisibilis. quod potest probari multipliciter. Primo quia non habet aliquid subiectum primum in quo possit esse primo et adequato tanquam accidens in suo subiecto sicut inductiue patet.

Secundo quia tunc deus non posset facere tempore existere nisi necessario produceret res infinitas secundum se totas distinctas et corrumpere easdem. Tertio quia tales res producte non possent naturaliter destrui. quia nec per corruptionem sui subiecti nec per absentiam sue cause conseruatis nec per inductionem sui contrarii. Quarto quia si esset talis res esset in genere per se quod est manifeste falsum. Quinto quia omnes res eiusdem rationis potest deus conseruare simul in rerum natura. cum non repugnent inter se. ergo posset deus facere quod omnia instantia preterita essent nunc que tamen sunt infinita.

Sexto quia possit deus instans facere ab omni subiecto suo. quod est impossibile.

Declarationem illarum rationum propter breuitatem obmitto. Sed dico quod nec mutatio nec generatio est talis res indiuisibilis. Et ideo sequenter ad predicta dicta quod omnes tales locutiones sunt figuratiue et tropice instans est indiuisibile. generatio est in instanti. mutatio subita est in

instanti. generatio est subita. forma substantialis est terminus generationis. mutatum est terminus motus et huiusmodi. quod in omnibus talibus orationibus per altero extremo propositionis ponitur vnum nomen quod non habet tamen vim nominis in significando. sed habet vim nominis et verbi. vel habet vim alicuius propositionis et diuersis vocabulis. quod propositum secundum proprietatem sermonis non potest reddere suppositum verbo. nec est extremum propositionis distinctum ab altero extremo et a copula. vnde quantum ad hoc sicut est de talibus sicut est si esset vnum nomen impositum ad significandum illud quod significat tunc bene. puta a. secundum proprietatem sermonis non esset bene dictum. tunc bene est. Ita nec esset bene dictum a est aliquid. posset tamen talis locutio. a est aliquid recipi. tanquam locutio tropica et figuratiua. vt equaleret istis. Iste est bene tunc est. et aliquid. vel alteri huiusmodi. Ita dico de talibus. generatio est subita et huiusmodi. quod non sunt proprie locutiones sed figuratiue. et hoc est ex eo quod hoc nomen instans et hoc nomen generatio et huiusmodi. non sunt nomina finita habentia finitas significaciones. quasi significet precise res quasdam per quibus habeat supponere. ad modum quod talia nomina angelus. albedo. nigredo. calidus. frigidus. habent finitas significaciones. sed sunt quedam deriuatiua a verbis vel alijs partibus orationis vel partibus talibus. que non sunt instituta nisi causa metri vel ornatus vel causa breuitatis locutionis. Et ideo sic multa dicta in metris et ornato modo loquendi non sunt recitata nisi excusentur et gloriense. Ita multa dicta causa breuitatis non sunt recipienda secundum proprietatem sermonis. sed secundum intentionem auctorum dicentium ea que figuratiue propter dictam causam loquuntur. et hoc quod tribus eorum satis fuerunt talia nota quod non erant vera secundum proprietatem sermonis quous aliquid posteriores ignorauerunt. Unde dico quod illa propositio. generatio est in instanti non est recipienda sub intellectu que sonat. quasi vna res sit in alia. sic per illam propositio. aqua est in vase. denotat quod vna res est in alia in re distincta vnum distribuendo per omnes modos quibus equo accipitur. hec propositio in de quo loquitur. philosophorum. patet quod secundum nullum illorum potest dici quod generatio est in instanti. sed illa propositio. generatio est in instanti. sub illo intellectu debet recipi. quantum aliquid generat non generat per se ante preteritum sed totum simul generat. vt illa propositio breuis generatio est in instanti ponat causa breuitatis loco illius locutionis. quantum aliquid generat non ge-

patet principale positum volo nunc iuxta superius dicta illa probare. Quantitas substantia potest esse quanta sine omni res absoluta distincta realiter addita sibi. Nam prius ostensum est. q omne substantia potest divina potestas facere & conservare sine omni accidente absoluto inherente sibi. Probatum est etiam q si placuerit divine voluntati aliquid substantia nunc extensam & substantiam accidentibus suis in posterum conservare. et omnia accidentia separare vel destruere sive annihilare. non compellitur divina potentia istam substantiam de loco ad locum transferre sive mutare localiter. Ex quibus elicio hanc propositionem. Ista substantia que nunc est quanta potest divina potentia conservare immotam localiter secundum se totam & quolibet partem sui substantialem. Quis libere & contingenter & destruere omnem quantitatem distinctam realiter ab illa substantia inherente sibi. Similiter

enim & sine ratione videtur arguere divinam potentiam dicere. q si deus velit substantiam potest naturaliter omni accidente inherente sibi in esse conservare. & destruere accidens absolutum inherens sibi. q oportet deum necessario mutare illam substantiam localiter & de uno loco ad alium transmutare. Cum frequenter videamus etiam agens naturale sine destructione & mutatione locali subiecti aliquid accidens eiusdem subiecti destruere. Non est ergo negandum a divina potentia cui perfecte subduntur omnia. qn possit sine destructione illius ligni & mutatione locali eiusdem destruere omnem quantitatem que est accidens absolutum inherens isti ligno. Quo facto. oportet dicere q ista substantia est quanta cum habeat partem extra partes sicut prius. Nisi enim illius substantie partes distarent sicut prius non esset tota substantia in toto loco & partes in parte sicut prius ante destructionem accidentis. Nisi & per consequens ista substantia esset mota localiter. qd est contra positum. Est igitur ista substantia quanta & per se nullum accidens inheret sibi qd est accidens absolutum. qz per se positum omne tale per se potentiam divinam est destructum. igitur ista substantia sine quantitate que sit accidens absolutum inherens sibi est quanta. Quia autem isto casu positum substantia remaneat quanta. post adhuc persuaderi. Nam manifestum est q ex tota ista substantia conservatur in esse per potentiam divinam nulla pars eius destruitur seu corrumpitur. remanent igitur partes substantiales eadem que prius. de quibus prius quero. aut distant loco & situ. qz post se habet positum. cum probatum sit q omne per se unum habens partes distantes loco & situ est quantitas. Aut ille partes non distant loco & situ. qd dari non potest. qz ex se sequeret q essent mutare localiter. Si enim nunc non distant localiter. & prius distabant localiter. nec unum reversum est in aliud. cum utrumque vere maneat. oportet q alterum illorum sit mutatum localiter. Item accipio unam partem illius substantie puta a. & quero. aut a. coexistit isti parti loci cui prius coexistebat aut non coexistit illi parti loci. Si coexistit. eadem ratione alia pars illius substantie coexistit alteri parti loci cui prius coexistebat. Ex quo sequitur q tota substantia coexistit toti loco & pars parti. & per consequens tota illa substantia habet partes distantes situ. sicut partes loci quibus coexistit distans situ. Si autem

a. nō coexistit illi p̄i loci cui p̄us coexistē-
bat. igit̄ ista p̄s mutata est localiter. q̄a om-
ne q̄d est p̄ns alicui p̄mo. 7 postea manēs
nō est p̄ns illi loco. necessario transfer̄ de
loco ad locū. Et ita ista p̄s mutaret omnē
locum. q̄d est p̄tra positū. Nec valet di-
cere q̄ illa substātia nō est in loco nisi p̄ q̄n-
titate q̄ est accidens illius substātie. Et
id̄ quādo destruit̄ q̄ntitas illa nec substā-
tia est in loco nec mutat̄ localit̄. q̄ illd̄ nō
est rheologicē dictū. Hāc fm̄ sanctos 7 do-
ctores autenticos 7 satis est de intentione
scripture canonice. Angelus est i loco 7 trāf-
fertur de vno loco ad aliū q̄ntūcūq̄ non
sit q̄ntus sed indiuisibilis carens oībo p̄i-
bus natis distare localit̄. ergo m̄to ma-
gis substātie habēti p̄tes natas distare lo-
calit̄ poterit p̄petere esse in loco 7 mu-
ri localit̄. q̄uis nō habeat quantitatem
que sit accidens absolutum distinctū rea-
liter ab ea 7 inherens sibi. imo q̄ntūcūq̄
substātia ab oīni accidēte separet̄ ad huc
erit in loco nisi ponetur extra m̄dm. 7 non
t̄m substātia erit in loco. imo quelibet pars
eius erit in loco. 7 tunc quero de illa p̄te a.
aut est in loco q̄ p̄us 7 habetur intentum.
aut est in loco 7 p̄sequens mutatur loca-
liter. q̄d est p̄tra positū. Nec valet dicere q̄
illa substātia nō est in loco circūscriptiue
sed diffinitiuē. quia hoc dicere est p̄cedere
p̄positum. Hāc p̄ori casu posito. ex hoc ip̄o
q̄ illa substātia est in loco diffinitiuē erit
in loco circūscriptiue. cuius ratio est. quia
si illa substātia est in loco diffinitiuē. oportet
dicere p̄similit̄ q̄ quelibet pars eius
est in loco diffinitiuē. tunc quero. aut a. est
in illa p̄te diffinitiuē aut nō. Si dicitur q̄
sic. eadem rōne alia pars erit in alia p̄te dif-
finitiuē. Et quo sequitur q̄ ille p̄tes distāt
localit̄ 7 situat̄. Omne autem totum
habens p̄tes distantes localit̄ est circū-
scriptiue in loco. Igitur tota illa substā-
tia est circūscriptiue in loco. Si autēz dici-
tur q̄ a. nō est diffinitiuē in illa parte loci i
qua p̄us fuit. vel hoc est quia est alibi dif-
finitiuē 7 per p̄sequens est mutata localit̄
vel quia nō est alicubi. quod p̄cedi nō po-
test. cum etiam angelus alicubi sit ponen-
dus. hoc etiam dato sequitur q̄ mutata ē
localit̄. ex quo non est diffinitiuē nec cir-
cūscriptiue in illo loco in quo prius. 7 ta-

men manet realit̄ in rerum natura. Sic
igitur cum possit potentia diuina conser-
uare substātiā in eodem loco 7 destrue-
re omne accidens inherēs sibi. quod est ac-
cidens absolutum. nō est p̄tradictio q̄ sub-
stātia sit quanta sine quantitate acciden-
te inherente sibi.

Capitulum. xxvi.

In quo adducuntur alie rationes ad p̄-
bandum eandem p̄clusionem. sc̄z q̄ substā-
tia potest esse quanta sine quantitate disti-
cta addita sibi.

¶ Iuxta superiores

i rationem alijs rationibz potest cō-
cludi. Ex substātia potest esse q̄n-
ta sine quantitate distincta addita sibi. nā
nō minoris virtus est p̄seruare duas sub-
stāntias natas facere 7 p̄stituere vnāz sub-
stāntiam sine oībo accidentibz absolutis
inherentibus sibi. quando nō faciunt nec
p̄stituunt vnā substāntiā. q̄ quādo con-
stituunt vnā substāntiā sicut accep̄t̄ du-
abus aquis. puta a. 7 b. nō minoris virtu-
tis est p̄seruare a. 7 b. in distinctis locis. si-
ne oībo accidentibus absolutis inheren-
tibus eis. quando nō faciunt vnā aquā
totalem. q̄ quādo fiunt partes vnus aq̄
Sed omnipotentia dei potest separare a. 7
b. ab oībo accidentibz suis. 7 p̄seruare a.
7 b. in distinctis locis sicut a. hic. 7 b. rome
si sibi placet. nō enim si omnipotentia dei se-
pararet vnā aquam. rome ab oīni acci-
dente suo opteret q̄ deus transferret illaz
aquam que est rome vsq̄ huc. vel illā vsq̄
romam. nec oporteret q̄ trāfferret eas ad
aliquē locum mediū. sed posset conserua-
re illam alibi 7 illam hic. igitur eque facili-
ter si sibi placeret. si a. 7 b. coniungerentur
7 constituerent vnā aquam posset oī-
potentia dei conseruare a. 7 b. in distinctis
partibus loci. q̄uis separaret a. 7 b. ab om-
nibus suis accidentibus absolutis. quo po-
sito illa substātia totalis haberet partes
distantes situ. quia a. 7 b. sunt partes sue
que distarent situ. 7 per consequēs illa sub-
stātia totalis esset quanta 7 tamē sine q̄n-
titate distincta realit̄ ab ip̄a substātia.

Confirmatur ratio. quia nulla apparz
contradictio quin posset deus per suam
finitam potentiam sicut alitte creauit to-
tam aquam oceani sub accidentibus suis
conseruare istam substāntiā 7 accidentiā
destruere. sed nunq̄ hoc posito necessitare-
tur deus partem oceani que est in occidē-
te transferre vsq̄ ad aliam partem que est
in oriente vel econuerso. vel ambas partes
transferre ad aliquem locū in medio. Hō
enim videtur rheologicē dictum q̄ ad hoc
necessitaretur deus. Igitur deus possz to-
tam aquam oceani conseruare in rerum
natura. 7 destruire omne accidens absolu-
tum inherens sibi. 7 tamē illas aquas que
sunt in oriente 7 occidente conseruare vbi
prius. quo facto. tota aqua illa haberet p̄-
tes distantes sine quantitate addita. 7 per
consequens esset quanta sine quantitate ad-
dita. Item quando subiectum 7 acci-
dens habent partes sibi correspondentes
ita q̄ distinctis partibus accidentium cor-
respondent distincte partes substātie. nō
minoris potentie est conseruare partes ac-
cidentis destruendo subiectum sine muta-
tione locali accidentis vel alicuius partis
sue. q̄ conseruare partes substātie sine mu-
tatione locali destruendo accidens abso-
lutum. Sed substātia materialis 7 acci-
dens sunt simul. ita q̄ distinctis partibus
accidentis correspondent distincte partes
substātie. Nam alia pars accidentis est i
alia parte substātie. Ita q̄ distincte par-
tes accidentis sunt in distinctis partibus
substātie. sicut patet per hoc quod proba-
tum est prius. scilicet q̄ substātia materi-
alis habet partes substāntiales situ distan-
tes. Potest autem deus conseruare acci-
dens absolutum in eodem loco 7 situ de-
struendo subiectū. sicut patet in sacramē-
to altaris. Igitur non includit contradi-
ctionem deum conseruare in eodem loco
subiectum destruendo q̄d cūq̄ accidens
absolutū inherens sibi. quo facto. substā-
tia erit circūscriptiue in loco sicut prius
7 per consequēs quanta sine quantitate
sibi addita. Nec oportet maliciose ca-
lumniari dicendo q̄ est dicere contra fidē
q̄ in sacramento altaris substātia corru-
pitur. Tertio enim dictum meum non est

sed est dictum doctorum catholicorū de
cōsecratione distinctione sc̄da. Quia cor-
pus. glosa super verbo cōuertuntur dicit.
bene dicit conuertuntur vel transubstan-
tiantur vel transeunt. suple terrena 7 mor-
talia in christi substāntiam. sed non fiunt
neci nēpiunt. nihil enim fit vel incipit es-
se corpus christi. potest tamen concedi q̄
de pane conficitur 7 fit corpus christi. si-
cut de aqua fit cristallus. nō tamen est cri-
stallus. sed securius non cōcederetur hoc.
Et vbi cūq̄ inuenitur panis vel de pane
fit vel conficitur corpus christi. sic intelli-
gitur. fit. id est. transit in corpus christi. v̄l
et pane fit. id est. sub specie panis est vel la-
tet vel incipit esse vel latere corpus christi
vbi ante consecrationem non erat. Si em̄
panis fieret christi corpus. singulis diebz
adderetur ei illud quod prius non erat. 7
sic semper augmentaretur. Et subdit. nō
intelligas. igitur quod aliquod augmen-
tum sumat ex tali conuersione. nec eodem
modo quo cibus conuertitur i carnem. s̄z
est ibi corruptio. id est. desinit esse substā-
tia panis nulla tamen generatio.

Item glosa de consecratione distincti-
one sc̄da ante benedictionem. licet verba
successiue proferantur. non tamen succes-
siue consecratio fit. sed in vno instanti cor-
rumpitur panis. scilicet in vltimo instan-
ti prolationis verborum. Et licet panis
sit corpus compositum. momentanea ta-
men est corruptio eius.

Item glosa eadem distinctione capi-
tulo primo. panis est. dicit q̄ substātia pa-
nis desinit esse consecratione subuenire.
7 cetera. ibidem. Non est igitur contra ca-
tholicaz fidem dicere. q̄ in sacramento al-
taris panis substātia corrumpitur siue
destruitur. Cum igitur deus conseruet in
eodem loco accidentia destruendo substā-
tiam. non erit impossibile sibi conseruare
substāntiam in eodem loco accidens cor-
rumpendo. 7 sic erit substātia quanta si-
ne tali accidente. Item si deus destru-
eret medietatem cuiuslibet accidentis ab-
soluti i formantē medietatē vnā vni p̄signi.
7 p̄seruaret aliā medietatē accidentis in for-
mantem aliā medietatē illius substātie.
ille due p̄tes distarent 7 t̄m vna istarū care-
D 4

opio q̄d q̄ am
let p̄a p̄pis
corruptio

ret omni accidente informate eam. Ex quo sequitur qd pars substantie potest distare a parte substantie sine accidente informante eam. et per consequens poterit substantia esse quanta sine quantitate addita sibi.

Item non maiore contradictione includit qd substantia habens partes distinctas realiter natas distare localiter sine omni accidente addito sibi in aliquo diuisibili. ita qd tota sit in toto loco et pars in parte. qd qd aliqua substantia carens omni parte tali sit in aliquo loco diuisibili. ita qd tota in toto loco et tota in qualibet parte. Sed angelus carens omni parte integrali sine omni accidente absoluto addito sibi potest esse totus in aliquo loco diuisibili et totus in qualibet parte. igitur non est contradictio qd aliqua substantia hinc partes natas distare localiter sit tota in toto loco diuisibili. et pars in parte sine quantitate aliqua addita sibi. Ex quo sequitur qd erit circumscriptiue in loco sine quantitate addita sibi. Confirmatur de creatura non magis includit contradictionem substantiam corpoream esse in loco modo sibi conuenienti sine omni re addita sibi. qd substantiam incorpoream esse in loco modo sibi conuenienti. Proprius autem modus essendi in loco conueniens substantie incorporee est esse in loco diffinitive. sed substantia incorporea potest esse in loco diffinitive sine omni re absoluta addita sibi et sic erit contra sine omni re absoluta addita sibi. Nulla igitur videtur contradictionem includit qd aliqua substantia sit quanta sine omni re accidente absoluto addito sibi.

Capitulum xxvii.

Ex eadem conclusio que prius videtur sequi ex dictis aduersariorum.

Alter rationes

priores possunt aliquae adduci partim fundate in dictis aliorum doctorum catholicorum negantium tamen predictam conclusionem. Videtur enim illa propositio sequi ex dictis aliquorum aduersariorum. omnis res absoluta existens sub aliquo accidente absoluto per informationem ita qd totum subiectum sit sub toto accidente. et pars sub parte. potest per diuinam potentiam coexistere eidem sine informatione et inherencia illa. patet. Nam sicut in

tos negantes substantiam posse esse quantum sine accidente inherente sibi. respectus extrinsecus adueniens sibi potest auferri extremis manentibus. et sicut respectus inherencie accidentis ad subiectum est respectus extrinsecus adueniens. igitur non includit contradictionem substantiam et istam rem quam dicunt quantitatem manere sine respectu tali inherencie. Sed hoc posito tota substantia coexistit toti illi quantitati que est accidens. igitur sicut illa quantitas habet partem distantem a parte. sic ista substantia habebit partem distantem a parte. et ita substantia est quanta sine quantitate informante eam. Sed possunt dicere qd ablato respectu inherencie quantitatis ad substantiam. substantia non erit presens quantitati. ita qd tota sit presens toti quantitati. et pars parti. non possunt sic euadere. Nam sicut eosdem respectus presentialitatis substantie ad quantitatem est prior respectu inherencie quantitatis ad substantiam. et respectus presentialitatis partis substantie ad partem quantitatis est prior respectu inherencie partis quantitatis ad partem substantie. Quod potest probari per hoc. qd impossibile est qd sit respectus inherencie quantitatis ad substantiam sine respectu presentialitatis quantitatis ad substantiam. et per consequens sine respectu presentialitatis substantie ad quantitatem quia ille presentialitatis partes secundum principia eorum sunt sicut natura. Sed respectus presentialitatis potest esse sine respectu inherencie. Nullus enim est substantia presens vel esse potest que non informant vel inherens sibi. sed sicut eos per diuinam potentiam prius potest esse sine posteriori. non igitur includit contradictionem qd conseruetur respectus presentialitatis totius substantie ad totam quantitatem istam que ponitur accidens inherens sibi et respectus presentialitatis partis substantie ad illam partem quantitatis. sine respectu inherencie quantitatis ad substantiam. et sine respectu inherencie partis quantitatis ad partem substantie. qd posito. tota substantia est presens toti quantitati et pars parte est presens parti quantitatis sine respectu inherencie. Et per consequens sine substantia informet quantitatem. et sic habet illa substantia parte distans a parte sine quantitate informante eam. et per consequens erit quanta sine quantitate informante eam. Nulla ei res per se

una habet partem extra partem et partem distantem a parte nisi sit quanta. Item respectus presentialitatis substantie ad ubi sicut istos non dependet ex respectu inherencie quantitatis ad suum subiectum. quia destructo respectu inherencie quantitatis ad illam substantiam. adhuc poterit illa substantia esse presens loco et eadem ratione respectus presentialitatis partis substantie ad partem loci non dependet ex respectu inherencie partis quantitatis ad partem substantie. et tamen sicut eos omne quod non dependet ab alio potest conseruari per diuinam potentiam sine alio. poterit igitur respectus presentialitatis totius substantie ad totum locum. et partis substantie ad partem loci conseruari. sine respectu inherencie quantitatis ad substantiam. quo facto. substantia ipsa erit presens toti loco. et pars parti. et per consequens erit circumscriptiue in loco et tamen non informabitur aliqua quantitate que sit res absoluta distincta realiter a substantia. Substantia ergo erit quanta sine quantitate.

Capitulum xxviii.

Substantia est quanta per suas partes substantiales sine omni quantitate que sit res distincta realiter a substantia et quantitate

Estat post hoc

stendere qd non solum substantia potest esse quanta sine quantitate addita sibi. sed et qd substantia est quanta per suas partes substantiales sine omni quantitate que sit alia res absoluta distincta realiter a substantia et quantitate. Ex primo per suadetur sic. frustra sit per plura quod potest fieri per pauciora. hoc enim est principium quod negari non debet. quia nulla pluralitas est ponenda nisi per rationem. vel per experientiam. vel per auctoritatem illius qui non potest falli. nec errare. possit conuinci. Sed ex quo substantia potest esse quanta sine quantitate distincta a substantia et quantitate. nec per rationem. ne per experientiam potest conuinci. qd sit talis quantitas alia. Nec hoc inuenitur expressum ab auctore aliquo qui non potest errare. quia non inuenitur a deo fuisse reuelatum. igitur non est necesse ponere quantitatem talem. Et ita frustra poneretur. omnia enim que possent saluari per talem rem. possunt saluari sine ea. et per hoc qd substantia habet partes substantiales distinctas realiter natas distare localiter. que partes sunt substantie que qualitates virtute cause efficientis et finalis sicut in esse producuntur ita sunt distantes. Eadem enim virtute qua diuersae partes substantie et qualitates de non esse procedunt ad esse. etiam in distinctis locis capiunt esse. Et ideo sic nihil preter causam efficientem finalem formalem et materialem necessario requiritur. nec preteritur ad hoc qd substantia et partes substantie de non esse producuntur ad esse. ita etiam nihil preter predictas causas requiritur necessario ad hoc qd una pars substantie sit extra aliam partem. vel distans ab alia parte. Virum enim videretur qd unus accidens posterior substantia et partibus eius posset facere unam partem substantie extra aliam partem et tamen cause essentielles rei non possent hoc facere sine accidente tali. non enim ad distantiam partium illarum requiritur accidens tale. cum due substantie possint distare. et si essent ab omnibus accidentibus separate. Nec ad hoc qd ille que partes constituunt ad hoc totum requiritur accidens tale. cum nulla videatur ratio quare partes priores naturaliter omni accidente non possunt constituere totum cuius nate sunt esse partes sine accidente.

Ex quibus omnibus colligitur qd quantitas de genere accidentis nec requiritur ad distantiam localem illorum que nate sunt constituere unam substantiam absque tali accidente. Ex quo patet qd omnia que possunt saluari posita tali quantitate sine ea eque bene saluari possunt. Ita enim saluabitur qd partes substantie et qualitates informantes substantiam distant localiter et qd tam substantia que qualitates sunt quantitate. qd habent partem extra partem sine tali quantitate per hoc qd cause essentielles producunt partes substantie et qualitates in locis distinctis sicut si ponatur talis quantitas consequens substantiam iam productam. Quis enim prohibet deum producere unam substantiam vel qualitatem sine omni accidente distincto a substantia et qualitate. et quod sit prohibere deum ponere unam partem illam sube vel quantitate extra aliam absque distinctione illius substantie vel quantitate absque

re alia absoluta distincta realiter si possit hoc facere mediante tali re distincta. h. eniz videtur nimis artare diuinā potentia. dicere q̄ vna re producta a deo habere partes distinctas realiter deus nō possit facere distare localiter. nisi dando eis rem nouam. vel nisi vnitatē earū rumpat vel dissoluat. Item q̄ substantia sit q̄nta per suas partes substantiales intrinsecas sibi ostendo. Illud q̄d p̄ partes suas intrinsecas est in loco circūscriptiue p̄ suas ptes intrinsecas est q̄ntum. quia ostensum est p̄ q̄d om̄ne q̄d est circūscriptiue in loco est q̄ntum. Om̄is autē substantia materialis per suas ptes substantiales est in loco circūscriptiue. quia sicut ostēditur est p̄us. om̄is substantia materialis q̄ est extensa. p̄ suas partes essentialē est p̄sens loco. ita q̄ tota substantia est p̄sens toti loco. et p̄ substantiē ē p̄sens p̄ti loci. sed om̄ne tale est circūscriptiue in loco. et ita om̄is talis substantia per partes sibi intrinsecas est q̄nta. Nec valet dicere q̄ substantia nō habet partes nisi p̄ q̄ntitatē que est res distincta a substantia. nam substantia nō depēdet ab aliquo suo accidente nec p̄ sequēs ptes substantiē depēdent a p̄tibus accidentis. Si igitur q̄ntitas sit accidens substantiē. ptes substantiē nō dependent nec a q̄ntitate nec a p̄tibus q̄ntitatis. et ita substantia habet ptes nō p̄ q̄ntitatem. Qd̄ p̄firmat. nam p̄ idē habet res esset eē distinctū. p̄ illud igitur per q̄d sunt partes substantiē p̄ idē etiā distinguuntur. sed ptes substantiē nō sunt p̄ q̄ntitatē. igitur nec distinguunt per q̄ntitatē. nō igitur substantia habet ptes p̄ q̄ntitatem que est alia res a substantia. Itē si q̄ntitas sit alia res a substantia. igitur nō faciet ptem substantiē distare a pte substantiē nisi sit causa efficiens vel finalis. s. causalitas efficiens vel finalis faciens ptes distare nō excludit q̄nta illa res p̄ partes suas intrinsecas sibi sit q̄nta. cum em̄ deus tanq̄ causa efficiens finalis faciet ptes cuiuscūq̄ q̄ntitatis distare. nulla q̄ntitas per ptes suas esset q̄nta nec habens partē extra partē. Ex quo patet q̄ q̄ntitacūq̄ substantiē illi que habet pte extra ptem esset addita vna q̄ntitas alia. Adhuc illa substantia per seipam et per partes suas intrinsecas esset q̄nta. sicut partes substantiē seipam et p̄ nihil aliud nisi per suas

causas extrinsecas. puta efficiens et finem distans localiter. Nec sufficit dicere q̄ q̄ntitas q̄ est accidens est causa formalis quare substantia est quanta. sicut albedo est causa formalis quare aliquid est albus. hoc nō valet. quia ostensum est p̄us q̄ om̄is res vna numero habens partē distans localiter vel situatē a parte est q̄nta. Illud igitur per q̄d res nec est vno numero. nec per q̄d partes rei distans situatē nō est causa formalis quare res illa est quanta. Quāntitas autem que est accidens nō est illud p̄ quod formaliter substantia est vna numero. per idē em̄ substantia est et est vna numero. Nullum autē accidens est causa formalis quare suum subiectum est. nec erit. Igitur causa formalis quare subiectum suum est vnum. Nec quantitas etiam est causa formalis per quā partes substantiē distans situatē. sicut aliquid est album p̄ albedinem. Tunc enim sicut impossibile ē q̄ aliqua sint alba sine albedine. siue sint separata ab innicē sicut quedam tota per se existētia. siue sint partes constituentes aliquid totum. ita impossibile est q̄ ille res que est accidens. sicut corpus est album per albedinem. distans situatē vel localitē sinetali quantitate. etiā si essent separata ab inuicem. et essent quedam tota nō faciētia vnum totum. q̄d est falsum. Posset enī omnipotentia dei p̄mo diuidere lignum in duas partes et ponere vnam illarum in angliam. aliam autem hic in romam. et postea separare illa ab omnibus accidentibus suis absolutis. Quo facto illa distarent localiter. et tamen nō haberet talem quantitatē quia separata sunt ab illa per casum. Et q̄bus patet q̄ partes substantiē nō distarēt per talem quantitatē sicut corpus est album albedine.

Capitulum. xxxi.

Probatio eiusdē conclusionis q̄ p̄us p̄ argumenta supra a dictis doctoribus catholicis

Superioribus rationibus

rationibus adducēde sunt alie primū dante in dictis aliorum doctorum catholicorum. q̄ tū ponit talē q̄ntitatē mediā in substantiam et q̄ntitatem. Dicē em̄ q̄dam doctor. et pbabile reputo. quia nihil volo negare a

dei potentia. cū pl̄ possit facere q̄ nos cogitare vel intelligere. nisi viderim euidētem contradictionē sequi. Dicit enim doc. ille sc̄ Scotus libro. iiii. dist. x. q. iiii. Q̄ in finita dei potentia possit p̄seruare corpus xpi sub specie panis sacramentaliter absq̄ hoc q̄ in celo l̄ alibi haberet eē localiter et circūscriptiue. Ponatur igitur q̄ corpus xpi sit sub speciebus sacramentaliter. et desinat in celo esse localiter et nullibi incipiat esse localiter et circūscriptiue. Quo facto quero aut illa quantitas que p̄us erat distincta a substantia et qualitate manet. aut nō manet. sed corrumpitur. Non potest dici q̄ illa quantitas est destructa. Nam fm̄ eos ibidē. absolutum nō variatur ad variationem respectiui. et per p̄sequens nec absolutus destruitur per variatōz respectiui. Ubi autem in celo nō est nisi respectus s. eodē. igitur nō propter hoc q̄ corpus xpi cessat esse in celo localiter. oportet ponere q̄ aliqua res realiter destruat. Remanet igitur om̄is res absoluta que p̄us erat. et sic remanebit quantitas illa. Cum igitur fm̄ eos illa substantia est quanta per illas quantitatē sicut corpus est album per albedinem sicut impossibile est et contradictionē includit q̄ aliquid corpus sit informatum albedine inherente sibi. et tamē q̄ nō sit album. Ita impossibile est q̄ illa substantia sit informata illa q̄ntitate inherente sibi nisi sit q̄nta. Oportet igitur istū dicere q̄ illud corpus xpi posito p̄ori casu vere et realit̄ esset illa quantitate q̄ntū. S. q̄ hoc nō debeat p̄cedi p̄suadeo p̄mo sic. Illud q̄d nō habet ptem distans a pte nō est q̄ntū. sed posito p̄ori casu substantia corporis xpi nō habet ptem distans a pte. q̄ si sic. cū illud corpus coexistat speciei panis. seq̄t q̄ distincte partes corporis coexistit distinctis p̄tibus illius speciei. Probatio p̄ne. Nam si partes corporis xpi distans localiter accipio illas duas puta. a. et b. Tunc quero de a. aut coexistit toti hostiē cuiuslibet p̄ti. eadē rōe b. coexistit toti hostiē et cuiuslibet p̄ti. et p̄ positiū. corpus xpi nō est alibi q̄ sub specie panis. igitur cuiuslibet coexistit vna p̄s eidē coexistit alia. et p̄ sequēs nō sunt distincta localiter. Si autē dicas q̄ a. coexistit vni p̄ti hostiē et nō alteri. et b. coexistit alteri p̄ti et non illi. et ita distincte ptes corporis xpi coexistēt disti-

ctis p̄tibus speciei panis q̄d falsum est. q̄d et illo sequitur q̄ nō totū corpus xpi esset in qualibet pte hostiē. immo in nulla pte hostiē est totū corpus xpi. Etiam sequit̄ corpus xpi esse in loco circūscriptiue. que omnia sunt falsa. Reliquitur igitur q̄ illo casu posito corpus xpi nullibi haberet ptem distans situatē a parte. Nec haberet ptem extra ptem. et per p̄sequēs nō esset q̄ntum. quod est p̄positum. Sed ad illa et p̄similia inuēit ip̄i vnam responsionem dicentes. q̄ positio que est differentia quantitatis necessario est in quāto. vel est in quāto p̄tinuo p̄manenti. et illam oportet saluare in p̄posito. q̄ sc̄ dicit ordinem p̄tium in toto. Nec est enim bene intelligibile aliquid esse quantum dimensiuū. quin sit signare in toto ordinē huius p̄tis ad aliam fm̄ q̄ntitatem interiacentē. Positio autē que ponitur a quibusdā p̄dicamentū aliud dicit. P̄supposito em̄ ordine p̄tium in toto p̄tē vltra ordinē p̄tium ad locū siue ad ptes loci vel locantis. hoc est dictū q̄ ptes coextendant p̄tibus sicut totum dicit p̄mo p̄mensurari toti loco in quo habet suū vbi ita q̄ positio p̄dicamentū p̄supponit positōz differentia quantitatis. et specificat vbi. et hāc positionē possibile ē deū separare a q̄ntitate manente positione p̄ma. nō solū per negatōz vbi sicut posset facere aliquid corpus extra vniuersum. et tūc nō haberet illā sedam positioem. q̄ nō haberet aliquid p̄tium cuius p̄tibus ptes p̄tenti p̄mensurarent. S. p̄posito etiā termino cui p̄nti posset fieri p̄mensuratio siue coextensio alteri corpus. possibile ē deū sc̄dm suare q̄ntū et coextensioem ei⁹ ad q̄ntū. et tū sine illa coextensione p̄tium vni⁹ ad ptes alteri⁹ quā dicit illa positio sc̄da.

Ista sunt subtiliter dicta. nullus tamen amator veritatis debet offendi si causa veritatis inquirende et exercitiū impugnetur. Si enim vera sunt expedit audire obiectiones vt soluantur vt sic veritas clarius innotescat. Si falsa sunt expedit vt conuincantur. Quamē illa responsio non sit sufficiens primo potest persuaderi sic. Si positio que est differentia quantitatis dicit ordinem partium in toto et sufficiens est ad h̄ q̄ aliquid sit q̄ntū. q̄ro q̄lis est ille ordo partium in toto. aut ē ordo partium situatē ita q̄ vna p̄s est superior et alia inferior. vna ante et alia

retro. una versus orientē alia versus occi-
dentem. Aut est ordo pfectionis. quia scz
vna ps est pfectior: et alia impfectior. Aut
est ordo totius et partis sicut oculus est pars
capitis. Aut est ordo causalitatis. quia vna
ps est causa alterius. Aut est ordo originis
vel nature. quia si vna ps pps producit
vel est pps in rerū natura q̄ alia. Alio em̄
modo nō video q̄ possit intelligi ordo par-
tium in toto importatus p positionē que ē
differentia quantitatis. Si p̄mus ordo scz
situalis manifestū est. q̄ ille nō potest esse si-
ne locali distantia partium. et ita nūq̄ est ad q̄n-
tum nisi ptes sitaliter distent. Eū igitur
posito p̄mo casu ptes corporis xpi nō distāt
sitaliter. corpus xpi illo p̄cesso nō erit q̄n-
tum. Alijs aut̄ modis nō potest ordo partium
in toto intelligi qui est positio que est diffe-
rentia quantitatis. Nam quilibet ordo ita po-
terit competere substantiē corporis xpi. si to-
ta substantia corporis xpi esset separata ab oī
quantitate. qd̄ est deo possibile facere fm̄
illos sicut quando est diuina cum quantita-
te. Conseruata em̄ tota substantia corporis
xpi absq̄ hoc q̄ sit quāra. ita esset pars sub-
stantiē pfectior alia sicut nunc est. nō plus
etiam est vna pars nūc ps alterius. nec pl̄
est vna pars causa alterius. nec plus vna
pars p̄ natura alia q̄ esset tunc. et ita pa-
teret q̄ nullus ordo partium in toto potest cō-
petere partibus substantiē quando est diu-
eta quantitati q̄n possit ei competere q̄n nō est
diueta quantitati p̄ter illū ordinē qui est situ-
alis. qui sufficit ad hoc q̄ sit quantum. talis
autem ordo partium requirit distantia partium
localē. et per consequens nihil est quantum cō-
tinuum p̄manens. nisi ip̄m habeat partes
distantes sitaliter. Item om̄e quantum
sitaliter est longū. sed nullus longū est sine
distantia locali vel sitali partium. Si igitur
corpus xpi p̄iori casu posito sit quantum
oportet q̄ sit longū. Et per consequens opt̄
q̄ vna pars distet ab alia. et q̄ vna sit extra
aliam. qd̄ nō est verū retento casu p̄iori.

Item om̄e quantum est extensum. sed nihil
est extensum nisi vna pars distet ab alia. et
sit extra aliam. nō em̄ ad extensionē sufficit
p̄sentia alicui rei quantē. tunc em̄ anima i-
tellectiva esset quanta cū coexistat et sit p̄-
sens toti corpori et cuilibet parti eius. Cō-
stat itaq̄ q̄ si corpus xpi esset quantum in sa-

cramento altaris. retento p̄mo casu. habe-
ret p̄tem extra p̄tem. quia vere esset exten-
sum et ita haberet positionē que dicit ordi-
nem partium in loco. Item om̄e quantum
continuum et p̄manens finitum est figuratum. ad
figuram aut̄ requiritur ordo partium in loco
si sit p̄sens loco. nec sufficit aliquis al̄ or-
do partium in toto ad figuram. qd̄ patet ex h̄
Nam facta sola mutatione locali partium pos-
sibile est figuram mutari. Si enim om̄es
ptes corporis humani mutarēt localiter ita
q̄ venter poneretur super caput vel pedes
sup̄a ventrē. vel fieret aliqua talis muta-
tio localis partium. manifestū est q̄ mutare-
tur figura. et tamen nō esset nisi alius ordo
partium in loco vel diuersa positio sitalis.
Et ita manifeste patet q̄ ordo sitalis par-
tium requiritur ad figuram. vnde si partes
nō distarent localiter manifestū est q̄ nō ē
ibi figura aliqua. Si enim deus per suas
oīpotentiā crearet de nouo substantiā ligni
cum om̄ibus accidentibus suis absolutis sub
specie panis absq̄ hoc q̄ alicubi eēt locali-
ter quod est deo possibile fm̄ illos. cuius
quelo figure esset lignū illud nō potest da-
ri ratio quare plus sit quadratū q̄ trian-
gulare vel rotundū. Nec etiā plus posset
poni pedalis quantitas q̄ bipedalis. Nec
posset rarefieri et cōdensari. et esse aliquan-
do maioris aliquando minoris quantitatis.
Nec posset poni q̄ lignum esset rarū vel dē-
sum. cum nō posset dici q̄ p̄tes p̄inque ia-
cerent. cum tamē fm̄ sententiā sapientis ra-
rum sit illud cuius partes p̄inque iacent.
Item corpus homogeniū vere est quantum
et per consequens vere habēs positionē que
est differentia quantitatis. Sed manifestū
est q̄ partium homogeniā nō est ordo nisi si-
tualis. Circumscripto enim ordine parti-
um talium sitalium nulla poterit esse prior
alia. nec vna posterior alia. cuius sint om̄ino
eiusdem rationis. Nulla igitur positio ab
illa que est ordo partium in loco vel que est
ordo partium sitalis requiritur ad h̄ q̄ sit
realiter quantum. vnde qui dicit q̄ ad hoc q̄
aliquod sit quantum sufficit quidam ordo par-
tium in toto qui nō est ordo partium sitalis.
oportet exprimere qualis sit ordo ille par-
tium. Et videtur q̄ nullus possit assigna-
ri quin possit esse fm̄ eos inter partes sub-
stantiales circumscripta quantitate tali.

Et p̄dictis colligitur q̄ si corpus xpi es-
set p̄sente sub specie panis sacramentalit̄ et
nullibi localiter et circūscriptiue. non esset
quantū alia quantitate distincta a substantia
et qualitate. Si tamē vocet quantum om̄e vnū
numero habēs partes distinctas realiter
natas distare localiter. et natas produci ab
agente naturali in distinctis locis. potest cō-
cedi q̄ illo casu posito corpus xpi esset q̄n-
tum. Item p̄ p̄ncipia p̄dictorū ostendo
q̄ substantia materialis p̄ suas partes sub-
stantiales est q̄nta. Nam fm̄ eos sicut tota
substantia est p̄ tota quantitate ita ptes sub-
stantiē sunt p̄ tota quantitate. prius
igitur sunt ptes substantiē q̄ ptes quanti-
tatis. tunc ouero aut in eodē loco sunt in
illo p̄ori aut in distinctis locis. Nō in eo-
dem loco. quia non plus in vno q̄ in alio.
Igitur in illo p̄ori sunt in distinctis locis
sed substantia panis habens ptes existentes
in distinctis locis circūscriptis loco. Sub-
stantia igitur in illo p̄iori est quāra et substā-
tia p̄ seipam et p̄ partes suas intrinsecas ē
q̄nta. Item om̄e qd̄ p̄ seipam et p̄ partes
intrinsecas substantiales circūscribit loco
p̄ idem est quantum. Substantia materialis p̄
seipam et per ptes intrinsecas circūscribit
loco. qd̄ patet ex p̄ncipijs eorū. Nam circū-
scriptio passiva locati nō est nisi quidā re-
spectus fm̄ eos. Respectus aut̄ variat ad
variationē tam fundamētī q̄ termini. fm̄
sic opinantes. Cum igitur substantia et quā-
ritas distinguuntur realiter circūscriptio pas-
siua qua circūscribit substantia. et circū-
scriptio passiva qua circūscribit quantitas
erunt distincte. et ita alia circūscriptio pas-
siua est substantia in loco. et alia quantitas et p̄
consequens substantia seipam et partibus suis sub-
stantialibus circūscribit fundamētaliter lo-
co et circūscriptio p̄pria formaliter circū-
scribitur loco. Sed illa duo om̄ibus alijs cir-
cumscriptis sufficiunt ad hoc q̄ aliquid sit
quantū. igitur substantia sine quantitate ab-
soluta distincta realiter est q̄nta. Item
est alia distantia localis vnius partium substā-
tiē ab alia pte. Et alia distantia vnius par-
tium quantitatis ab alia pte quantitatis. quia ex
quo fundamētū et terminus sunt distig-
ta vnius respectus et alterius fm̄ eos. op-
tet q̄ respectus distinguant. iste aut̄ distan-
tiē distinguuntur. Sed distantia localis

partium constituentium aliquid totum non potest
esse sine quantitate. igitur cum p̄tes ptes sub-
stantiē distent localiter q̄ ptes quantitatis si-
cut p̄tes sunt. Ita p̄tes erit substantia quā-
ra q̄ illa quantitas ponatur in esse. Et p̄-
missis itaq̄ multis alijs que propter bre-
uitatem obmitto posset alicui videri q̄ q̄n-
titas nō est nisi extrapositio partium facienti-
um vnum totum ad quā extrapositionem
distantia localem siue sitalē partium. nō
requirunt nisi ptes ille que distant et cause
essenciales intrinsece se habeant causas in-
trinsecas. et cause intrinsece. puta efficiens
et finis. et ita per consequens ptes substantiē
facientes vnum possunt distare sitaliter et
et vna esse extra aliam virtute suā natura-
lium causarū. Quantitas autem que est res
alia absoluta a substantia nec est causa in-
trinseca nec extrinseca illarū partium. p̄ter
quod ad illam extrapositionē siue distan-
tiam sitalē partium nō requiritur quantitas
talis. Unde ex p̄ncipijs multorū posset
sic argui. Ad existentiā realem respectus
fundamētū et terminus sufficiunt cause ex-
trinsece. fm̄ illos autem distantia sitalis
partium siue extrapositio partium substantiē
vltra ip̄as partes nihil addit nisi respectū
qui nō habet pro fundamētō et termino
nisi istas partes substantiē. Positis igitur
ip̄is partibus substantiē et causis extrinsecis
facientibus ip̄as distare. sufficere ponetur
ille respectus. Si igitur requiritur ad illam
distantiam partium substantiē alia quan-
titas que sit alia res a substantia. illa quan-
titas vel erit fundamētū vel terminus il-
lius respectus. qd̄ nō potest dari sicut ostē-
sum est. vel erit causa extrinseca illius res-
pectus et per consequens sine ea potest poni re-
latio respectus. cū quicquid possit de mediā-
te cā sc̄da extrinseca. p̄ de immediāte p̄ se. Si
ne igitur om̄i tali quantitate distincta potest
poni ista extrapositio siue distantia sitalis
partium substantiē. Sed posita extraposi-
tione sine distantia locali partium vel sitali
habetur quantitas. habetur ergo q̄ ali-
quod totum habens partem extra p̄tem siue
quantitate tali posset esse quantitas. et ita vi-
deretur superfluere om̄is quantitas distincta
a substantia et qualitate. Et multa precedē-
tia per que probaturum est q̄ substantia po-
test esse q̄nta sine quantitate alia a substantia
E

possunt applicari ad probandum quod quantitas potest esse quanta sine quantitate alia. quorum pertractationes causa breuitatis pertransio. Ex omnibus tamen predictis elici potest. quod nulla est necessitas ponendi quantitatem aliam a substantia et qualitate. quia ad hoc quod res substantia est qualitas sit quanta. sufficit quod virtute causarum essentialium producantur substantia et qualitates. Et quod partes earum virtute earundem causarum sine cuiuscumque alterius productione in locis distinctis producantur. siue quod una pars extra aliam capiat esse. Non enim videtur alia res ad hoc quod una pars substantie vel qualitates extra aliam capiat esse. nisi sit causa eius intrinseca vel extrinseca. quantitas autem talis non potest poni causa intrinseca nec extrinseca substantie siue qualitates. et ita ad hoc quod una pars producat extra aliam talis quantitas non requiritur. frustra igitur ponitur.

Capitulum. xxx.

De obiectionibus contra predicta.

De maiorem ex-

planationem predictorum sunt aliquae obiectiones ponende. Quae enim omnis quantitas sit alia res a substantia. a diuersis diuersis rationes tam kartholice quam phisice adducuntur. de quibus recitabo paucas. quia si ille potuerunt solui. faciliter relique dissoluentur. Arguitur autem sic. Si aliqua quantitas non esset alia res a substantia. sicut tunc substantia panis conuertitur in corpus christi. Sic similiter aliqua quantitas conuertetur in corpus christi. Item sicut panis conuertitur in corpus christi. ita substantia panis conuertitur in quantitatem corporis christi. et per consequens quantitas corporis christi virtute sacramenti incipit esse sub specie panis. Ex quo sequitur quod virtute conuersionis corpus christi esset quantum et localiter atque circumscriptiue in sacramento altaris. quod falsum est.

Item si aliqua quantitas non esset distincta res a substantia non maneret quantitas in sacramento altaris. sicut nec maneret ibi substantia panis. quod constat esse

falsum. Item nullum accidens est idem realiter cum substantia. omnis autem quantitas accidens est. quod esse de intentione sanctorum et philosophorum eorum testimoniis approbatur. Dicit enim beatus Augustinus. v. de trinitate capitulo. iiii. In rebus creatis atque mutabilibus quod non sunt substantiam dicitur. restat ut secundum accedens dicatur. omnia enim accidunt. cis que amitti possunt vel minui. et magnitudines et qualitates et quod dicitur ad aliquid sicut amicitie propinquitates similitudines equalitates et si qua huiusmodi et situs et habitus et locus et tempora. Item idem in eodem libro capitulo. x. In rebus que participacione magnitudinis magne sunt. quibus aliud est esse aliud magne esse. sicut magna domus. magnus mons. magnus animus. In his igitur rebus aliud est magnitudo. aliud quod ab ea magnitudine magnum est. et propterea hoc est magnitudo quod est magna domus. Item Aristoteles ponit nouem predicamenta accidentia inter que quantitatem connumerat. ex quibus omnibus patet quod magnitudo est accidens et per consequens est res distincta a substantia.

Item hoc quod est contra omnem opinionem doct. non est tanquam catholicum recipiendum. Item est contra experientiam. quia cum substantia corporea diuidatur ab aliquo rei conuersione in illam efficitur minoris quantitatis absque alicuius sue partis amissione. quod esse non posset si quantitas non esset res alia a substantia distincta realiter. Item in diuersis substantiis differentibus specie est eadem quantitas specie. non est enim longitudo siue latitudo alia specie in pugillo acri et ignis. quod non esset verum si longitudo non esset distincta realiter a substantia. Item quod nulla quantitas sit eadem realiter cum qualitate ostenditur. Nam secundum philosophum qualitas non est quanta nisi per accidens. si ei qualitas esset eadem cum quantitate tunc per se et sine addito esset quanta. Item impossibile est naturaliter unum corpus quod est quantitas esse simul cum alio corpore quod est quantitas. quia dimensiones mutuo se expellunt. sed qualitas simul est cum substantia. Si igitur quantitas esset indistincta realiter a qualitate et aliqua esset

indistincta a substantia realiter. due quantitates essent naturaliter simul. et ita due soliditates siue profunditates. et due longitudines. et due latitudines essent simul. immo multo plures quam due. Quia qua ratione albedo haberet suam quantitatem. eadem ratione sapor haberet suam. et calor suam. et humiditas et siccitas suam. et sic de alijs. Et ita tot corpora essent longa lata et profunda. quorundem qualitates sunt simul. et ita in sacramento altaris multa corpora essent. quod concessio potest queri quomodo ille qualitates remanentes in sacramento altaris manent simul. quod quocumque mouetur. Ex quo nulla earum est in alia ratione in subiecto. nec omnes sunt in uno aliquo subiecto. si quantitas non sit unica et subiectum earum. Sic igitur videtur quod propter predicta et alia oportet ponere quantitatem differentem a substantia et qualitate.

Capitulum. xxxi.

Responsio ad predictas obiectiones per se quae in capitulo.

Modo autem om-

nes ille rationes non communicant sufficienter quod sit alia quantitas distincta realiter a substantia et qualitate. Hinc restat ostendere. Quando enim primo deducitur ad hoc inconueniens quod aliqua quantitas conuertitur in corpus christi. Primo potest dici quod illius oppositum in scriptura sacra non inuenitur. Huius enim legi in scripturis sacris nec in iure canonico. nec in aliquo scripto autentico. quod quantitas non conuertitur in corpus christi. Utrum enim quantitas conuertatur in corpus christi vel non conuertatur. nullam penitus faciunt mentionem. sicut nec utrum quantum conuertatur in corpus christi. Quis aliqui quos negare est licitum. quia mutuo se reprobant asserant. quod quantitas non conuertitur in corpus christi.

Secundo quis inueniatur quod quantitas non conuertitur in corpus christi. non oportet concedere quod quantitas est alia res a qualitate et substantia. modus enim significandi posset impedire predicationem qua

tas conuertitur in corpus christi. sicut secundum multos. Quis humanitas non sit res distincta realiter ab homine. tamen conceditur illa. homo est albus. et negatur illa. humanitas est alba. non quia humanitas sit res distincta realiter ab homine. sed quia habet alium modum significandi. scilicet grammaticalem vel logicalem hoc nomen humanitas et hoc nomen homo. Qualiter autem sit possibile quod predicatio sit falsa propter diuersos modos significandi grammaticales vel logicales. sine distinctione rerum importatarum. alibi ostendi.

Tertio possit dici quod quocumque hoc concederetur quod quantitas conuertitur in corpus christi. hoc tamen accidit quod hec sit vera quantitas conuertitur in corpus christi. et frequenter illa negantur ab auctoribus que per accidens sunt. Quis de virtute significationis negari non debeat. Unde de quocumque aliqua quantitas non est res distincta realiter a substantia panis. tamen illa duo stant simul. Substantia panis conuertitur in corpus christi. et quantitas non conuertitur in corpus christi. Sicut secundum multos fundamentum et relatio non sunt res distincte et per consequens albedo et similitudo non sunt res realiter distincte. et tamen illa duo stant simul. albedo est. et similitudo non est. Qualiter autem non obstante quod aliqua quantitas non sit res realiter distincta a substantia potest hec esse vera. Substantia panis conuertitur in corpus christi hac existente falsa. quantitas conuertitur in corpus christi. potest sic declarari. Quamuis quantitas aliqua non sit alia res a substantia. tamen hoc nomen quantitas connotat partem unam esse extra aliam. siue unam partem distare ab alia. hoc nomen autem substantia non connotat unam partem distare sicut ab alia parte. Et propterea non video quod includat distinctiorem. quod hec sit vera. substantia panis conuertitur in corpus christi. hac existente falsa. substantia panis habet partes distantes a parte conuertitur in corpus christi. immo potest esse falsa. alia existente vera. quia potest implicare falsum. scilicet unam partem panis distare sicut ab alia parte. Unde si deus qui omnia potest. faceret subiectum panis esse alicubi presense illo modo quo corpus christi est sub specie panis.

ita q̄ nulla substantia illius panis nullibi
esset localiter nec circumscriptiue. tunc es-
set hec vera. illa res est substantia. ⁊ hec fal-
sa. illa res est substantia habens partem di-
stantem a parte. Et si tunc deus illam sub-
stantiam conuerteret in corpus christi q̄d
posse fieri a deo nō reputo a christiano de-
bere negari. hec est vera. substantia panis
est conuersa in corpus christi. ⁊ hec falsa.
propter implicationem. substantia panis
habens partem distantem a parte situali-
ter conuertitur in corpus christi. ⁊ per cō-
sequens eius opposita est vera. Substan-
tia panis habens partem distantem a par-
te nō conuertebatur in corpus christi. Et
qua sequitur illa quantitas nō conuertitur
in corpus christi. Patet ergo q̄ quā-
uis illa sit vera modo. substantia panis habens
partem distantem ⁊ cetera. Poterit tamen
illa esse vera. substantia panis conuertitur
in corpus christi. illa existente falsa. substā-
tia panis habens partem extra partem di-
stantem a parte conuertitur in corpus chri-
sti. ⁊ per consequens hac existente vera. ha-
bens partem distantem a parte nō conuer-
titur in corpus christi. que negatiua pote-
rit esse vera. prima etiam existente falsa. ve-
ra propter istam causam veritatis. scilicet
substantia panis nō habet partem distan-
tem a parte. ⁊ ita faciliter potest dici q̄ quā-
uis hec sit modo vera. aliqua quāritas nō
est res distincta a substantia panis. tamen
hec poterit esse vera. panis conuertitur in
corpus christi. ⁊ per consequens hac existi-
te vera. quantitas nō conuertitur in corp⁹
christi. Et tota causa est. quia quāuis hec sit
modo vera. substantia est res eadem reali-
ter cum quantitate aliqua. tamen hec po-
terit esse vera. substantia panis non est ea-
dem res realiter cum quantitate. Sicut
quāuis hec sit modo vera. substantia panis
est substantia habens partem distantem a
parte tamen hec poterit esse vera. substan-
tia panis nō est substantia habens partem
distantem a parte. quia sequitur ex illa pos-
sibilitate. Substantia panis nō habet partes
distantem a parte. etiam hac existente ve-
ra. panis est. Patet igitur ex premissis q̄ h
nomen quantitas aliud connotat vel dat i-
telligere q̄ connotatur vel datur intelli-
gere

per hoc nomen substantia. Quia hoc no-
men quantitas dat intelligere quod illud
de quo predicatur sit habens partem distā-
tem a parte. hoc vero nomē substantia nec
dat intelligere nec in propositione. nec ex-
tra propositionem quod illud de quo ve-
rificatur sit habens partem distātem a par-
te. Et ideo quantumcūq̄ hec esset modo
vera. substantia est quantitas. tamen pos-
set esse falsa substantia etiam remanente. si
cut hec est modo vera. panis est substantia
habens partem distantem a parte. ⁊ tamē
ipsa substantia manente poterit esse falsa.
Sicut aliqui dicunt. q̄ hoc nomen simili-
tudo connotat duas qualitates eiusdem ra-
tionis simul existere in rerum natura. ⁊ ta-
men dicunt multi catholici q̄ albedo ⁊ si-
militudo aliqua sunt vna res ⁊ nō sunt res
distincte realiter. quāuis hec possit esse vera
albedo est. hac existente falsa. similitudo ē.
Et ideo quāuis concederent q̄ hec esset ve-
ra. albedo est similitudo. dum scilicet due
albedines existunt in rerum natura. hec ta-
men posset esse falsa manente albedine. al-
bedo est similitudo. quia implicaret falsū
scilicet duas albedines esse realiter extra
animam. Patet itaq̄ ex predictis q̄ quāuis
aliqua quantitas non sit res distincta rea-
liter a substantia panis. tamen poterit hec
esse vera. substantia panis conuertitur in
corpus christi. hac existente falsa. quanti-
tas conuertitur in corpus christi. ⁊ hoc pro-
pter diuersum modum significandi. vel cō-
significandi illorum duorum nominum.
substantia ⁊ quantitas. Per idem pa-
tet q̄ quāuis nō inueniatur expressum in ca-
none biblic nec in iure canonico. nec in di-
ctis doctorum approbatorū a romana ec-
clesia q̄ substantia panis non conuertitur
in quantitatem corporis xp̄i. quia de hoc
non faciunt mentionem. tamen propter di-
uersum modum significandi vel consi-
gnificandi illorum nominū substantia ⁊ quā-
ritas. Posset hec verificari. substantia pa-
nis conuertitur in substantiam corporis
christi. quāuis hec esset falsa. substantia pa-
nis conuertitur in quantitatem corporis.
Sicut propter diuersum modum signifi-
candi illorum nominum. substantia ⁊ quā-
ritas aliqua nō essent res distincte realiter

Et q̄ hoc nō sit contra fidem ecclesie pa-
ter in simili. dicunt enim multi doctores ca-
tholici q̄ relatio nō est res distincta reali-
ter a suo fundamento. Nō enim puto q̄ ali-
quis sane mentis. nisi qui solus vellet vo-
cari rabbi vellet dicere q̄ omnes tenentes q̄
relatio nō est alia res a suo fundamēto sit
heretici. nec est hoc hereticum dicere. q̄ re-
latio nō est alia a suo fundamento. Nunq̄
hereticum est dicere q̄ substantia panis cō-
uertitur in relationem. Vel dicere q̄ hec sit
vera. substantia panis conuertitur in cor-
pus christi. ⁊ hec falsa. substantia panis nō
conuertitur in relationem. Non obstante
q̄ aliqua relatio pura relatio dependen-
te ipsius ad deum nō est alia res a corpore
christi. Et ita manifeste patet. q̄ ita facili-
ter potest saluari tota veritas circa sacra-
mentum eucharistie. Quamuis concedatur
q̄ aliqua quantitas nō est res distincta re-
aliter a substantia. Sicut concedo q̄ ali-
qua relatio nō est distincta realiter a substā-
tia quod concedunt multi catholici. Non
enim plus reperitur in scriptura sacra q̄
quantitas nō conuertitur in corpus chri-
sti. vel q̄ substantia nō conuertitur in quanti-
tatem corporis christi. q̄ q̄ relatio nō cō-
uertitur in relationem. Et ideo sicut catho-
lice potest poni q̄ aliqua relatio nō est rea-
liter res distincta a substantia panis. ⁊ ali-
qua nō est distincta a substantia corporis
christi. ⁊ tunc oportet concedere q̄ aliqua
relatio vel aliquis respectus conuertitur
in corpus christi. Et substantia panis cō-
uertitur in relationem tanq̄ in consequens
vel assignare aliquem modum significan-
di vel consignificandi diuersum illorum
nominū substantia ⁊ relatio. propter quod
aliquid potest vere negari ab altero ⁊ vere
attribui vni. Et similiter alterum illorum
vere potest attribui vni ⁊ alterum vere ne-
gari ab eodem. Ita potest catholice poni.
q̄ aliqua quantitas nō est res distincta re-
aliter a substantia. ⁊ tunc vel oportet con-
cedere tanq̄ nō repugnans fidei. q̄ quan-
titas conuertitur in corpus christi ⁊ sub-
stantia panis conuertitur in quantitatem
corporis christi. vel assignare aliquem mo-
dum diuersum significandi illorum nomi-
num substantia ⁊ quantitas propter que
vna potest concedi alia nō concessa. quan-

tumcūq̄ quantitas aliqua nō sit alia res
a substantia. quod facile est facere. sicut ali-
bi est ostensum nec est plus difficile q̄ ostē-
dere quomodo aliqua quāritas nō sit res
distincta a substantia. ⁊ tamen q̄ hec sit fal-
sa quantitas est substantia. sed quia hoc per-
tinet ad logicum magis q̄ ad theologum.
ideo pertransco. Ad illud quod vlti-
mo inferitur in sc̄da ratione. scilicet q̄ ali-
qua quāritas corporis christi inciperet es-
se in sacramento altaris virtute sacramen-
ti. ⁊ tunc virtute sacramēti corpus christi
esset quantum ⁊ localiter ⁊ circumscripti-
ue in loco in sacramento altaris. dicendū
est q̄ nō sequitur. Sicut enim sc̄dm aliq̄s
nō valet. quāritas corporis christi siue cor-
pus existens in loco localiter est in sacra-
mento altaris. igitur corpus christi est ibi
quantum ⁊ localiter in loco ⁊ ita nō sequi-
tur. quantitas corporis christi virtute sa-
cramenti incipit esse in sacramento altaris.
igitur virtute sacramenti incipit esse ibi lo-
caliter. Unde siue illa concedatur. quanti-
tas corporis christi ex vi conuersionis in-
cipit esse sub specie panis siue nō conceda-
tur. illa tamen simpliciter est falsa. corpus
christi ex vi conuersionis est quātum sub
specie panis. Et ideo hoc assero q̄ corpus
christi nec ex vi conuersionis nec ex vi sa-
cramenti est quantitas nec quantum. nō
obstante q̄ illa sit vera. corpus christi ha-
bens partem distantem a parte pura in ce-
lo ex vi cōuersionis est ibi sub specie panis
hec tamē est simpliciter falsa. corpus chri-
sti ex vi conuersionis habet partem distan-
tem a parte sub specie panis. Unde qui vel-
let cōcedere q̄ de virtute sermōis hec esset
concedenda. aliqua quantitas est substan-
tia. posset faciliter respondere ad omnia ar-
gumenta de illa materia concedendo vel
negando propositiones ⁊ sequētiās ponēdo
loco illius nominis quantitas hoc totū.
res habens partem distantem a parte. quia
tunc haberēt dicere. q̄ illa duo quantitas
continua ⁊ permanēs ⁊ res habens partem
distantem a parte essent cōuertibilia. immo
vnum esset diffinitio exprīmēs quid nomi-
nis alterius. si esset aliquod nomē cōuer-
tibile cum illo quantitas continua ⁊ perma-
nens. Et ideo respondendo ad quamcūq̄
que propositionem vel consequentiam

in qua poneretur hoc nomen quantitas ponendum esset loco illius nominis hec res habens partem distantem a parte. et faciliter videretur si propositio vel consequentia esset concedenda vel neganda. Quantitas conuertitur in corpus christi sicut illa res habens partem distantem a parte conuertitur in corpus christi. Similiter illa esset concedenda. substantia panis conuertitur in quantitates sicut illa concedenda est. substantia panis conuertitur in rem habentem partem distantem a parte. Quamuis in specie panis non habeat illa res partem distantem a parte. quia non est ibi localiter et circumscriptiue in loco sed alibi. Et certe fateor me nunquam legisse nec in scripturis canonicis nec in originalibus sanctorum. nec in decreto alicuius summi pontificis. nec in aliquo concilio generali. nec in aliquo autentico scripto talem propositionem. quantitas non conuertitur in corpus christi. substantia panis non conuertitur in quantitates. nec aliquem confimilem. Quamuis multos doctores modernos sciam se mutuo reprobantes. Et ideo eorum scripta non sunt autentica. imo etiam aliorum multe opiniones in vniuersitatibus solemnibus sunt damnate tales propositiones approbantes. Ista tamen est omnino falsa. panis conuertitur in corpus christi quod est quantitas sub specie panis.

Et si dicas. si isti concedunt tales propositiones. hoc non fecerunt nisi moti a scriptura autentica. Respondeo quod multa dixerunt propinquius nec scripturam sacramentalem nec aliquam scripturam authenticam habuerunt. A qua queso scriptura autentica habuerunt. quod accidentia in sacramento altaris non subsistunt per se sine subiecto. et quod omnes qualitates sunt in subiecto. A qua queso scriptura autentica habuerunt. quod in sacramento altaris est aliquod subiectum ponderositatis quod est ponderosum. A qua etiam scriptura habuerunt quod deus non potest duos angelos creare in eadem specie. et quod deus non potest facere homines vel alium sine accidente absoluto inherente sibi. Etiam quod qualitas non potest esse sine suo subiecto. Etiam quod non sint plures forme substantiales in homine. quod voluntas

nihil potest velle contra iudicium rationis et multa talia que dictis autenticis dissentunt et rationi. unde queso moti sunt moderni vel quam scripturam authenticam habent pro se ad ponendum quod est aliqua res cuius deus non potest esse causa. et quod est aliqua res quam deus non potest destruere per suam omnipotentiam. quod homo mortuus est homo. et innumera talia que scripturis autenticis manifeste repugnant. Sic igitur facile est videre quod non repugnat fidei christiane ponere. quod aliqua quantitas non est distincta res realiter a substantia propter hoc. quod tunc quantitas conuertitur in corpus christi. et substantia panis conuertitur in quantitates. Sic tamen quod nullo modo conuertatur in substantiam que sit ibi quantitas. Hec obstat quod post adducitur quod tunc quantitas non manet in sacramento altaris. Nam quamuis aliqua quantitas transeat. puta illa quantitas que non erat res distincta a substantia panis. tamen una alia manet scilicet que non est distincta realiter a qualitate. Hec videtur plus repugnare dictis sanctorum patrum quod una quantitas que non est alia res a substantia transeat. et alia que non est alia res a qualitate maneat. quod una relatio siue respectus qui non est realiter alia res a substantia transeat. et alia relatio siue respectus qui non est realiter alia res a qualitate maneat. Qualiter autem due quantitates possunt simul esse inferius ostendetur.

Capitulum. cccc.

Ad ostendendum quod stant simul aliqua quantitas non est res distincta realiter a substantia. et quantitas est accidens.

Hinc superest ostendere.

ostendere. quod aliqua quantitas non est alia res distincta realiter a substantia. non obstante quod concedatur tam a philosophis quam a sanctis quod quantitas est accidens. et quod quantitas est aliud predicamentum a substantia. ut autem innitatur solido fundamento. incipiamus ab una distinctiue huius nominis accidentis que elici potest ex verbis venerabilis patris Anselmi. Unde hoc nomen accidens tripliciter potest accipi. id est stricte large et largissime. Stricte accipiendo hoc nomen accidens. sic accidens significat rem distinctam a substantia inherente illi rei. scilicet substantie et sine qua potest illa substantia saltem per potentiam diuinam existere. ita quod contradictionem non includit substantiam illam existere. et illo accidente distincto realiter non informari. et tunc dicitur accidens res realiter adueniens alteri rei. et recedens ab ea vel potens recedere sine illius rei substantialis corruptione non faciens per se unum cum illo cui realiter aduenit. quod dico propter materiam et formam substantialem. Accidens autem tale nullo modo potest accedere vel recedere a subiecto sine mutatione illius subiecti. Inimagine enim quod aliquod subiectum informetur nunc una re distincta realiter ab illa. et postea non informetur illa eadem re vel e conuerso et tamen quod nullo modo mutetur. Omnis enim res realiter adueniens alteri rei aut recedens ab ea aliquam mutationem facit circa illam rem. Accidens autem large accepto vocabulo vocatur omnine predicabile de aliquo contingenter. quod potest successive affirmari et negari de alio propter realem transmutationem illius. et non tantum propter transmutationem alterius. quamuis non semper oporteat quod

successive verificetur et negetur ab illo propter transmutationem alterius sed potest successive affirmari et negari propter transmutationem alterius. et sic similitudo dicitur accidens sortis. non quod similitudo sit quodammodo res realiter distincta et sorte. et qualitate sortis. informans realiter sortem vel qualitatem sortis. sed quia illa possunt successive verificari. sortes est similis. sortes non est similis propter transmutationem sortis. Si enim plato est albus. et sortes niger. et postea sortes fiat albus. et transmutetur de nigredine in albedinem propter hoc solus quod sortes transmutatur a nigredine in albedinem. et plato non transmutatur. est hec primo vera. sortes non est similis platonis. et postea illa sortes est similis platonis. et ita similitudo aduenit sorti. Sic propter transmutationem sortis quamuis sibi possit competere sine transmutatione sortis propter transmutationem platonis. Et eo enim ipso quod plato fieret niger. et transmutatur de albedine ad nigredinem sorte remanente nigro. et non mutato. esset hec prima vera. sortes non est similis platonis. et postea hec sortes est similis platonis. Et ita patet quod illa relatio similitudo potest aduenire recedere a sorte. per mutationem sortis. et sine eius mutatione. hoc est dictum sortes potest esse primo similis et postea non est similis. et e conuerso et sorte mutato et sorte non mutato. Et illud vocatur accidens large sumpto vocabulo.

Largissime vero vocatur accidens omnine illud quod potest competere aliquando alicui. et aliquando non competere sibi siue possit competere sibi et non competere tam per mutationem propriam quam alienam. siue non possit sibi successive competere et non competere per mutationem propriam. sed precise per alienam mutationem et sic accepto vocabulo non est inconueniens concedere aliquod accidens competere deo. quod tale accidens nullam mutationem nec actualement nec possibiliter infert deo. Accidens primo modo sumptum proprie. Sed tertium est accidens improprie ne aliquis credat illas distinctos ex capite

meo procedere. legat venerabilem Anselmum in monol. capitulo. xxiij. dicentē. omnium quippe que accidentia dicuntur. alia non nisi cum aliqua participantis variatione adesse et abesse intelliguntur. ut omnes colores. alia nullam omnino vel accedendo vel recedendo mutatio contra illud de quo dicuntur efficere noscuntur. ut quedam relationes. Constat namque quod homini post annum presentem nascituro nec maior nec minor nec equalis sum nec similis. Omnes autem has relationes utique cum natus fuerit sine omni mutatione ad illum habere poterit. et amittere secundum quod crescat. vel per qualitates diversas mutabitur. Itaque palam fit. quia eorum que accidentia dicuntur quedam aliqua tenus attrahunt commutabilitatem. que tamen vero nullatenus subtrahunt immutabilitatem. Sicut igitur summa natura accidentibus mutationem efficiētibz nunquam in sua simplicitate locum tribuit. sed quedam que nullatenus summe incommutabilitati repugnant aliquando dici non respuit. et tamen aliquod eius essentie unde ipsa variabilis intelligi possit non accidit unde hoc concludi potest quod nullius accidentis susceptibilis est. Quippe quemadmodum illa accidentia que mutationem aliquam accedendo vel recedendo faciunt ipso suo effectu vere accidere rei quam mutant prependuntur. Sic illa que a simili affectu deficientur improprie dici accidentia reprehenduntur.

Existis verbis colligi potest predicta distinctio. Cum enim dicitur quod sunt aliqua accidentia que mutationem aliquam accedendo vel recedendo faciunt. que non nisi cum aliqua participantis variatione adesse et abesse posse intelliguntur. ut omnes colores. ostendit quod aliqua accidentia que mutationem aliquam faciunt sunt res realiter distincte a suis subiectis inherentes eisdem. Color enim est qualitas. quedam distincta a substantia realiter inherens. Per hoc quod dicitur aliqua sunt que nullam omnino accedendo vel recedendo mutationem circa illud de quo dicuntur efficere noscuntur. ut quedam relationes. euidenter ostendit quod est accidens quod non est distincta res realiter extra adueniens illi subiecto et realiter recedens ab eodem. Impossibile est enim quod aliqua res realiter et veraciter inheret et in

formet aliam rem distinctam realiter et postea eam non informet nisi res ista commutetur. Hoc idem etiam innuit per hoc quod dicitur quod sunt aliqua accidentia que nullam omnino subtrahunt immobilitatem.

Ex quo patet quod non omne accidens realiter recipitur in suo subiecto. dicit enim Anselmus quod summa natura secundum illa accidentia que nullatenus summe incommutabilitati repugnant aliquando dici non respuit. Et tamen aliquid eius essentie unde variabilis intelligi possit non accidit. Nichil enim summe nature accidit per realem inherentiam et realem informationem. tamen aliquid accidens sibi conuenire non negat Anselmus sed concedit.

Ex quo patet quod non omne accidens realiter suscipitur in subiecto. dicit enim Anselmus. unde hoc quoque concludi potest quod nullius accidentis susceptibilis est super summa natura. Quamuis enim aliquod accidens competat deo. nullum tamen realiter suscipit in se. Et sicut est de accidente quod conuenit deo quod non suscipitur realiter ita accidens quod nullam facit mutationem circa illud de quo dicitur. non realiter suscipitur in subiecto. Si enim realiter susciperetur in subiecto tanquam res distincta in re distincta. necessario subiectum mutaretur. Vere enim et realiter haberet in se inherentem sibi aliquam rem. ad quam erat prius in potentia. quod sine omni mutatione esse non potest. Omne enim quod habet primo unam rem et postea aliam. vel primo caret aliqua re. et postea informetur realiter illa. vel quod necessario vadit de uno ad alium. et per consequens mutatur. quia secundum beatum Gregorium. mutare est de uno ad aliud ire. Et secundum philosophum mutare est aliter se habere nunc quam prius. Patet igitur quod accidens quod aduenit sine omni mutatione illi de quo dicitur non realiter suscipitur in subiecto. Tunc ei natura diuina alicui susceptibilis est accidentis. Et ideo quod dicit Anselmus quod aliqua accidentia accedendo vel recedendo nullam faciunt omnino mutationem. non intelligit quod talia accidentia realiter tanquam res distincte accedant ad subiectum informando illud. et recedant per destructionem vel separationem unius rei ab alia realiter. quando enim for-

te existente nigro plato de nigro fit albus. nulla res separatur a sorte. sed dicitur tunc illa similitudo recedere. qua sortes similis erat platoni. quia sortes definit similis esse platoni. Unde similitudinem accedere sorti et recedere. non est aliud nisi quod sortes incipit similis esse et tamen propter hoc non oportet quod sortes aliqua rem in se recipiat vel definat in se habere. Sicut deus sine susceptione cuiuscumque rei in se. et sine amissione cuiuscumque existentis in deo. aliquando incipit esse iustificans peccatores. Sic itaque constat quod de intentione Anselmi est ponere aliquod accidens quod est realiter res distincta a subiecto. realiter in illo suscepta. sicut color realiter suscipitur in corpore tanquam res distincta in re distincta. Aliquod autem accidens non est res distincta suscepta realiter in subiecto sed ideo dicitur accidens. quia contingenter predicatur de eo etiam posita constantia subiecti. Et quod aliquod illorum potest succedere et recedere per mutationem illius de quo dicitur. et per mutationem aliam patet de accidentibus relatiuis que dicit Anselmus posse aduenire siue per hoc quod alius crescat vel diuersas qualitates mutabit. Quod autem possint aduenire per mutationem meam propriam est etiam manifestum sicut declaratum est de similitudine adueniente sorti. Quod autem aliquod accidens non possit aduenire illi de quo dicitur nisi per mutationem aliam. patet per hoc quod aliquod accidens posse aduenire deo ponit et tamen deus nullo modo mutabilis intelligi potest. Et ita patet quod hoc vocabulum accidens tripliciter accipi potest. Quis illud quod non potest alicui competere nisi per alienam mutationem dicatur improprie accidens illi sicut dicit Anselmus.

Capitulum. xxxij

Quomodo quantitas est accidens declaratur et quomodo cum hoc stat quod aliqua quantitas non est res distincta a substantia.

Utra distinctio

in nem propositam declarandum est

quomodo quantitas est accidens. Quo ostenso patebit. quomodo ista sunt simul. aliqua quantitas non est res distincta realiter a substantia. et quantitas est accidens. Unde sciendum est quod sicut non omnis relatio est res distincta realiter a substantia realiter inherens sibi. Sicut dicunt multi catholici doctores antiqui. et nonnulli moderni catholici consentiunt eis. Et ita non omnis relatio est accidens primo modo accipiendo vocabulum accidentis. Nec etiam omnis relatio est accidens secundo modo accipiendo accidens. quia aliqua relatio competit deo ex tempore. et aliquando non competit. sed hoc non est possibile per mutationem dei. sed precise per mutationem creature. et tamen conceditur quod relatio est accidens et quod est unum predicamentum accidentis. Ita potest dici de quantitate quod non omnis quantitas est res distincta realiter a substantia inherens sibi. Sicut nec omnis res habens partem extra partem siue habens partem situaliter distantem a parte est res alia. et tamen quantitas est accidens.

Pro quo intelligendum est quod non omnis quantitas est accidens quod est res realiter distincta a substantia. Et ideo sicut habere partem distantem a parte non est accidens primo modo dictum. sed habere partem distantem a parte est accidens secundo modo. Quia si aliquid idem substantiale potest primo habere partem distantem a parte et postea per mutationem propriam potest non habere partem distantem a parte. sicut aliqui catholici dicunt. et iam recitatum est prius. quod corpus christi habet modo partes distantem a parte. quia est in celo localiter et circumscriptiue. et ideo corpus non destructum potest desinere esse localiter et circumscriptiue. et incipere esse sacramentaliter sub specie panis. et ita tunc non habet partem distantem a parte. ipsa tamen substantia corporis christi non destruitur. et ita cum eadem substantia per sui mutationem aliquando habeat partem distantem a parte aliquando non habet partem distantem a parte est accidens. et tamen non est res semper distincta et inherens substantie tanquam rei distincte realiter ita quantitas est accidens secundo modo. Nam quis aliquid quantitas nunc si sit res distincta realiter a substantia. imo aliqua quantitas

est eadem realiter cum substantia. manifeste potest hoc esse vera nulla quantitas est eadem realiter cum substantia. Nam posito quod sic fiat a deo. quod non habeat partem situ aliter distantem a parte. sicut modo corpus proprii est sub specie panis. tunc est hoc panis. nulla suba quantitas est. nec aliquid quantitas tunc est eadem realiter cum substantia. sic tunc hoc esset vera. nulla substantia habens partem distantem a parte est realiter eadem cum illa substantia. habet enim illam causam veritatis. Illa substantia non est habens partem distantem sicutualiter a parte. Et illa substantia habens partem distantem a parte sicutualiter potest vocari accidens. illo secundo modo sumpto vocabulo accidentis. quia aliquando hoc est panis. Illa substantia est substantia habens partem distantem a parte et aliquando non est vera sine corruptione illius substantie. Quis ad hoc quod illa contradictoria verificentur requiritur mutatio localis substantie. Ita illa stant simul. aliqua quantitas non est alia res a substantia et quantitas est accidens. Ita enim dicuntur multi. quod aliqua relatio non est alia res a substantia. et tamen quod relatio est accidens. Et hoc modo successiue possent illa contradictoria verificari propter mutationes illius. illa substantia est eadem realiter cum quantitate. illa substantia non est eadem realiter cum quantitate. Sed ad verificandam talium contradictoriorum non requiritur nisi mutatio localis illius substantie et nulla alia. et ideo non oportet quod omnis quantitas sit alia res absoluta distincta realiter a substantia. Et certe ad omnia talia non a fastidientibus logicam posset breuiter et facilliter dici. quod hoc est vera. quantitas non est res distincta realiter a substantia. si quantitas supponat significatiue vel personaliter. sed hoc quantitas est accidens. vera est. si quantitas supponit simpliciter. etiam si supponat personaliter. Quia indefinita verificabilis est pro vna singulari. Sic ponit Iohannes Damascenus in logica sua capitulo tricessimotertio. quod numerus est accidens et tamen ponit quod ipse numerus est res numerate. unde dicit sub discretionem quantum reducitur numerus et sermo in numerum aut hic dicimus numerata. Et quo colligitur quod numerus cum sit quantitas ponit

tur accidens. et tamen numerus est ipsa numerata. Sic etiam dicimus quod album est accidens et tamen aliquod album est homo. Sic etiam dicimus. quod homo et albus differunt et tamen dicimus quod homo est albus. Unde per istum modum facilliter potest ostendi quod quibus istis due concedantur. aliqua quantitas non est res realiter distincta a substantia. et quantitas est accidens. non oportet concedere quod eadem res est substantia et accidens. Unde omnia argumenta que possunt fieri contra hec sophistica sunt. nec aliter habent solui nisi per fallaciam equiuocationis quia alius defectum non habent.

Capitulum xxxiiij.

Soluntur auctoritates Augustini supra capitulo tertio inducte in quarto et quarto argumento.

Utrum quomodo

ista stant simul. Aliqua quantitas non est res distincta realiter a substantia et quantitas est accidens. Sequitur ostendere quod auctoritas Augustini non contradicit predictis. quia Augustinus non intendit quod magnitudines sint accidentia distincta realiter a substantiis inherentes eis. Virum enim videtur quod vnum accidens possit facere vnam partem ab alia distare et tamen de non possit hoc facere nisi coniungeret vnam aliam rem partibus substantie. Quis enim prohiberet deum duabus rebus distinctis productis in esse facere vnam extra aliam. Quis nullam aliam rem coniungeret eis. et ita tota ista res composita ex eis posset esse magna. Quis nulla alia res causaretur in ea. Ponit enim beatus Augustinus quod magnitudo est accidens. quia ipsa substantia per mutationem propriam substantie potest esse maior et minor. scilicet quod potest habere partes magis minusque distantes. quod potest contingere sine omni re inherente de nouo ipsi substantie. Producta enim substantia habente partes distantes actu et situ. possunt iste partes sine omni re addita eis inherere magis ad hoc distare. et tunc ob ista substantia maior.

quia substantia est maiorem non est aliud quam habere partes magis distantes sicutualiter. possunt et iste partes virtute cause agentis minus distare. et tunc etiam est minor. Quia substantiam esse maiorem. non est aliud quam habere partes minus distantes. et quod istud non sit mirabile potest ostendi per opinionem contrariam. Nam si quantitas sit res absoluta distincta realiter a substantia in rarefactione aut precedens corrumpitur aut non. Non potest dare primam. quia tunc in qualibet rarefactione infinite res absolute per se totas distincte non facientes vnum numero essent destructe. Lum enim sint infinita instantia in quolibet tempore continuo infinite tales quantitates essent distincte in tempore isto quo aliquid continet rarefit. quia ex quo ista rarefactio est continua in quolibet instanti esset distincta quantitas scilicet se totam distincta a quantitate prioris et posterioris. Quod autem non faciunt vnum numero parer. quia vna non manet cum alia. Nec valet dicere quod iste quantitates non fuerunt in actu. sed in potentia tantum. Nam omne accidens realiter denominans suum subiectum quod non est pars alterius est in actu. huiusmodi autem fuerunt iste quantitates iam corrupte. Sequitur igitur quod infinita in tactu scilicet se totum distincta non facientia vnum essent iam corrupta. quod satis videtur absurdum. Nec etiam potest dari accidens quod destrueret vnam quantitatem et generaret aliam. quare etiam non posset conseruare vnam istarum quantitarum adueniente alia. Non igitur videtur rationabile dicere. quod quantitas tota precedens corrumpitur. et tota noua generatur. quando rarefit aer vel aliquid corpus. Sequeretur enim tunc quod omnes qualitates corrumperentur quantumcumque aliquid corpus rarefieret. Si enim quantitas corrumperetur et destructo subiecto immediato alicuius accidentis destruitur ipsum accidens. oporteret quod omnes qualitates immediate inherentes illi quantitati destruerentur. Si autem velis dicere quod non tota quantitas precedens corrumpitur. sed manet aliquid. Igitur ista prescise manet sine omni parte noua. aut est alia pars noua que non prescise. Quod autem non sit alia pars noua que non prescise. di

ci non potest. quia pars ista in aliquo subiecto recepta est. et manifestum est quod non recipitur nisi in aliqua parte aeris vel ignis. Vel igitur esset tunc simul cum ista parte quantitas que precessit in eadem parte vel ista quantitas recedat non amplius informat partem quam prius informauit. et tamen non ipsa corrumpitur. cum non sit maior ratio quod vna pars quantitates precedentis corrumpatur quam alia. sequitur vel quod ista pars quantitates remanet sine subiecto vel migrat ab illo subiecto in quo prius fuit ad aliquid. quorum quodlibet est irrationabile. Relinquitur igitur quod in rarefactione non est alia pars quantitates noua sed prescise illa que prescise. Sed hoc non obstant eadem quantitas numero est primo minor et postea maior quia vna pars eiusdem quantitates primo quando aer erat densus minus distabat sicutualiter. postea autem quando aer est rarus magis distat sicutualiter. Constat itaque quod eadem res numero habens partes distantes sine omni re noua absoluta adueniente sibi. potest esse aliquando maior aliquando minor. Et si hoc sit possibile de quocumque. nihil videtur inconueniens hoc concedere de substantia. quod ipsa habens partes sit aliquando maior aliquando minor. sine omni re absoluta adueniente sibi. Hunc autem Augustinus illud vocat accidens quod propter mutationes rei potest verificari de re. et quod potest variis modis verificari de re. Unde quia eadem substantia potest esse maior et potest esse minor. et potest esse magna et e conuerso. Et hoc propter mutationem illius substantie. propter hoc dicit Augustinus quod magnitudines sunt accidentia. quia eadem substantia per mutationem propriam potest esse aliquando maior aliquando minor. sine omni re absoluta distincta realiter a substantia inherentes sibi. Sed forte diceret quomodo potest substantia mutari nisi aliqua res noua adueniat sibi. Dico quod hoc est differentia inter mutationem substantialem et mutationem que est proprie alteratio et mutationem localem. quod primas duas aduenit aliqua res inherens mutato. Per mutationem vero localem non oportet quod adueniat mutato res inherens. sed sufficit quod acquirat sibi locum quem prius non habet

bar. Unde ex ipso quod res est in loco quiescit /
te in quo prius non erat. sed in alio sine om-
ni alia re media inter locum et locatum est
res ista mutata. Et si queras quid est re-
locatam esse in loco. dico quod est nullam rez
corpoream esse media inter locatum et locu-
ita quod ipse non mutatur localiter ab uno ad
aliud non posset esse localis motus. Patet
igitur ex predictis quomodo potest salua-
ri magnus esse accidens secundum intentionem b.
Aug^o. Quamvis magnitudo non sit alia res
distincta realiter a substantia inherens si-
bi. Sic enim ponit Aug^o. quod ad aliquid ut
p^{ro}pinquitates. seruitutes. equalitates. simi-
litudines et h^{uius}modi sunt accidentia. non tamen
secundum catholicos multos huiusmodi relati-
ones sunt quedam res distincte ab absolu-
tis. Sic enim ponit venerabilis Anth. quod
multe relationes sunt accidentia que tamen
sine omni mutatione possunt aduenire ali-
cui. et per consequens non sunt res distincte i-
herentes sibi. Sic etiam ponit idem Anth.
aliquid accidens provenire deo. et tamen nulla
res distincta realiter a deo in eo recipitur
per realem inherencia siue in formationem.

Unde breuiter nunquam legi in aliquo san-
cto. quod ponat plus accidens esse quantita-
tem et distinctam a substantia. quam ponit quod
ad aliquid et relationes sunt accidentia a
substantia distincta. Et ideo sicut secundum mul-
tos catholicos non repugnat dicitis sancto-
rum dicere. quod relatio non est alia res a funda-
mento suo. sic non repugnat fidei catholice
dicere. quod aliqua quantitas non est alia res di-
stincta realiter a substantia. Et simul cum
hoc dico. quod aliquid quantitas est res alia absoluta di-
stincta realiter a substantia. quia aliqua qua-
ntitas est eadem realiter cum qualitate que
distinguitur realiter a substantia. Per p^{ro}-
dicta potest exponi alia auctoritas eiusdem
b. August. Non enim intendit dicere quod omnis
magnitudo sit quedam res absoluta inhe-
rens substantie distincta realiter ab ea. sed i-
tendit dicere quod aliud est magnitudo. aliud
quod ab ea magnum est. pro tanto quia potest
ipsa res manere quantum non sit magna. Quod
dupliciter potest contingere. Unde uno mo-
do per condensationem. Si enim res magna
condensetur. ita quod fiat parue quantitatatis. per
hoc solum partes substantie que multum di-
stabant localiter fiunt parum distantes si-

tualiter sine omni re generata noua. et sine
omni antiqua destructa. et tamen ipsa res ma-
net. Et ita aliud est rem esse. aliud rem ma-
gnam esse. quia potest res esse quantum non sit
magna. Aliter potest hoc contingere. pro-
prietatem dei. si faceret sicut dicunt mul-
ti. quod est possibile deo facere. quod res magna
postea fieret illo modo alicubi quo cor-
pus christi est sub specie panis. et tamen nullibi
localiter et circumscriptiue. Tunc enim quia
res non haberet partes distantes sicutualiter
non esset magna. Et sic potest esse res quantum
non sit magna. et hoc solum intendit Aug^o.
et sic patet quod non est dictum b. August. contra
predicta. Aliter potest declarari quod bea-
tus August. loquitur de magnitudine que
est relatio. Nam sicut magnus est relatiuum
ita magnitudo est relatio. Hunc autem secundum
omnes catholicos non est contrarium dicitis
sanctorum. quod relatio non est alia res distin-
cta realiter a re absoluta. Non est ergo contra-
rium fidei catholice dicere quod magnitudo
de qua loquitur Aug^o. non est alia res a sub-
stantia. Cum hoc tamen stat quod b. Aug^o. di-
cit verum. quando dicit magnitudinem esse
accidens. quia accidentaliter predicat de re natu-
rali. sic igitur exponi potest b. Aug^o.

Aliter etiam potest exponi. quod per ma-
gnitudinem qua res create magnas sunt. non
intelligit unum accidens absolutum inhe-
rens rebus creatis. Sed per illam magni-
tudinem intelligit causam efficientem facien-
tem eas esse magnas. de qua non est dubium
quin alia res sit a rebus creatis que partici-
patio illius magnitudinis non quidem per
in formationem sed per realem dependen-
tiam ad eam magnas sunt. Et quod illam senten-
tiam habeat ultima verba eius sonant que
ibi subdit de trinitate cap. 10. Unde dicit
quod illa est vera magnitudo qua non solum ma-
gna est domus et qua magnus est mons quod
quis magnus est. Sed etiam qua magnum
est quicquid aliud magnum dicitur. ut ali-
ud sit illa magnitudo. aliud quod ab ipsa ma-
gnitudine magna dicitur. que magnitudo
vixit primus magna est multo quam excellens
us quam ea que participatione est magis sunt. de-
us autem quia non est ea magnus magnitu-
dine que non est quod ipse. ut quasi particeps
eius sit deus. cum magnus est. alioquin il-
la esset maior magnitudo quam deus. deo autem

non est aliud magis. ea igitur magnitudine ma-
gnus quod ipse est eadem magnitudo. Et istis
verbis colligi potest quod b. Augustinus loquitur
de magnitudine que res create caliter magnas sunt
tamen quod loquitur de magnitudine que magnus quod quod
alio magnus dicitur. siue sint res corpales siue
res spirituales. Tunc loquitur de magnitudine si-
cut prius permisit quod magis est domus. quod magnus
est mons. quod magis est angelus. quod angelus est res
spiritualis quantum domus et mons sunt res corpa-
les. Manifestum est autem quod nulla est magnitudo
inherens sube tanquam subiecto quod omne aliud
magnum est. quod magnum dicitur. siue sit corpale si-
ue spiritale. Non loquitur igitur de magnitudine que
inheret sube. Sed de magnitudine que est ca-
oim magnorum et a qua magnum est quicquid ma-
gnus dicitur. que sine eo nulla res magna est. Tunc
quod loquitur b. Aug^o. de magnitudine que primi-
tus est magis multo quam excellens quam alia. qual
magnitudo non est accidens aliquid inherens
sube. Sic enim nihil potest esse prius quam substantia
sic nihil potest esse naturaliter prius magnum quam sub-
stantia. Tunc quod loquitur de magnitudine que ma-
ior est illo quod est magnum. constat. quod nullus
accidens inherens sube potest esse magis in suba cuius
accidens est. Patet igitur quod b. Aug^o. loquitur de
magnitudine que est ea quare alie res create
magne sunt. Tunc vult b. Aug^o. ostendere ibi-
dem quod deus nec caliter nec aliquid magnum
est aliquid magnitudine que non est ipse deus. Sed
creature magne sunt alia magnitudine que fa-
cit eas esse magnas. Que tamen magnitudo non
est ipse res create sed est primus magna multo
quam excellens quam ea que participatione illius ma-
gnitudinis magis sunt. Tunc h^{uius}modi verbum principa-
re multum equo ce sumit in diuersis locis tam
a phis quam a sanctis. de illis tamen modis ca bre-
uitatis p^{ro}transco. constat itaque quod duobus mo-
dis potest b. Aug^o. exponi. et altero illorum mo-
do potest exponi omnes auctoritates sanctorum que
vident sonare vocaliter quod quantitas vel ma-
gnitudo est alia res distincta realiter a suba
et quantitate. et possent expositiones p^{ro}bari p^{ro} p^{ro}-
fusus eorum de sanctorum in alijs locis. de quibus tamen
ad prius supersedeo. Nec inconueniens expo-
nere dicta sanctorum cum omnes posteriores eis bec
faciant. Quamvis nonnulli non habeant intencio-
nem sanctorum et diuersi diuersimode senti-
ant de intentione eorum. quantum neutri reputent
hereticis.

Capitulum. xxxv.

Quomodo quantitas est distincta pre-
dicamentum a quantitate et suba non obstante quod
nulla quantitas sit distincta a parte rei a sub-
stantia et quantitate. In quo rident ad sextum ostē-
des quod predicamenta sunt signa de rebus predicabilia.

ILLUD QUOD QUANTITAS

Considerandum est. quomodo quantitas est di-
stincta predicamentum a quantitate et suba
stantia. non obstante quod nulla quantitas sit res di-
stincta realiter a parte rei a substantia et quantitate.
Quod potest declarari ex illis ex dictis multis ca-
tholicorum doctorum. Nam sicut sepe dictum
est relatio est distinctum predicamentum a ceteris
predicamentis. et tamen secundum multos eorum rela-
tio non est alia res distincta a rebus absolutis
poterit igitur quantitas esse distinctum predicamen-
tum quantum nulla quantitas sit alia res distincta
realiter a quantitate et suba. Item non est minus
inconueniens predicamenta distingui que distin-
ctas res quantitas sub se non habent. quam species diuisi-
di que distinctas res quantitas sub se non habent.
Sed aliqui contingit species esse diuersas. quantum
eadem res sub illis speciebus collocat. Quod testi-
monio Jo. damalce. probatur. ait enim. Locus
est superficies aeris. et quod patet quod eadem res est
locus et superficies. h^{uius} tamen non obstante idē doc-
tore alij ponit locum et superficiem esse distinctas
species quantitatatis. Quantitas etiam continua et quan-
titas discreta sunt distincte. nulla tamen res cor-
respondet quantitati continue quin correspon-
deat discrete. Nullum enim primum est quantum
alio ostendit numerum. secundum intentum primum doc-
tore etiam in diuersis predicamentis colloca-
tur secundum eundem scripturam. sicut allegatum est prius
Nullum igitur est inconueniens quod quantitas sit di-
stinctum predicamentum a quantitate et suba et tamen
quod omnis quantitas non sit res absoluta distincta
realiter a suba et quantitate. Tamen sciendum quod
